


Handwritten text in a cursive script, likely a list or index, written vertically on aged paper. The text is mostly illegible due to fading and the angle of the page.

No. 4  
37 - 411



27.a.8

-11-

Collection	Discovered
A	
37	
1417	

3

33-157



C  
A  
E


I

N

*B. 13. 120*  
*B. 8*  
G E N E R A L E  
A R T I F I C I V M T E X -  
E N D Æ, S E V C O M P O N E N D Æ  
cuiuscunq; orationis lon-  
ge facillimum;

A V C T O R E  
I O A N N E V O E L L O S A C E R -  
dote Societatis Iesu.

Nunc ab auctore ipso recognitum, & plus  
tertia parte auctum.



D O L Æ

Apud Antonium Dominique,  
M. D. LXXXIX.

*de l'Estog. de la page. de l'85. de la grande*



Ms. 1. 2. 15

GENERIC  
ARTIFICIUM TEX  
ENDAE SEU COMPO NENDA  
cunctisq; omnino lon-  
getallimant;

LOANNE WOLFF SACER  
dot solentia

Inuocab auctore sigillatim & plus  
tota pars endae



Abdannonim Dominipus  
M D L X X I X

*Handwritten signature or text in a cursive script, likely in Latin or German, located at the bottom of the page.*

C  
D  
T  
th  
qu  
lan  
io  
A  
na  
me  
tra  
prop  
cop  
poti



CLARISSIMO  
DOMINO, D. AN-  
THO. VILLANOVANO CA-  
tholici Regis aurei Velleris e-  
quiti nobilissimo, necnō Do-  
lanæ vrbs militiæ præfecto,

IOANNES VOELLVS SOCI-  
etatis IESV, Vitam cum Christi  
gratia diuturnam.

**A**bsurdum cuiquam fortasse  
videbitur (clarissime Dyna-  
nasta) vnum te inter omnes a  
me delectum, cui sagato & arma  
tractanti, res togatorum magis  
propria, & pacis alumna, oruante  
copioseque quidque dicendi ratio  
potissimum dicaretur. Silent e-

EPISTOLA.

nim plerumque ut leges, sic & artes, & artium exercitationes inter arma. Omnia nobis literarū studia de manibus excutiuntur, simulatque motus aliquis nouus bellicum canere cœpit, inquit \*eloquentia parens. Promulgatis enim tympani strepitu preliis, iuuetus rei bellicæ cupidior, quā literariæ studiosior, pro ludi magistro, militia ducem eligere: sagum, pro toga induere: pro stylo, gladium accingere: pro theca & cornu, sclopos & coniohacū assumere consuevit. Quo fit, ut vix vlla bonarum artium disciplina videatur posse in militia regno consistere. Sic sane illi iudicent, qui te nunquam de facie norint: qui te nunquam viderint: qui

\*Cic. in oratione  
pro Muræna.

## EPISTOLA.

tuam humanitatem singularem  
 nunquam sint experti. Quae pro-  
 fecto tanta est, ut & ab omni di-  
 sciplina humanitatis profecta, &  
 in uno eodēq; animo, nedū in uno  
 eodēq; regno & militia (si qua est)  
 immanitas, & humanitas disci-  
 plinae locū habere videatur. Quod  
 ut non ita sit: duae tamen sunt fa-  
 cultates in dissimili genere per si-  
 miles, quae ad mortaliū salutem  
 conspirant omnino: una impera-  
 toris, altera oratoris boni. Vtriq;  
 porro, huic animorum, illi corporis  
 est proposita victoria. Alter enim  
 administrator belli gerendi, alter  
 peritus bene dicendi. Hic argumē-  
 tis in oratione, ille militibus in a-  
 cie prudenter dispositis tendit ad  
 victoriam. Nihil de castris dico,

## EPISTOLA.

nihil de agminibus, nihil de signorum collationibus: de oppidorum oppugnationibus, de cōmeatu, de insidiis faciendis atque vitandis, de reliquis rebus, quæ sunt belli administrandi proprie, dico nihil. Quibus multa esse in eloquentia quæ respondeant, quis non videt? Nam aduersariorū orationes tanquam castra & oppida munitissima, argumentationum machinis oppugnantur: militū agmina, argumentorū agminibus, signis quasi collatis, opponuntur: testimoni-  
orum cōmeatu atq; subsidio omnia confirmantur. Quin etiā cautus & prudēs orator, non secus ac prudens imperator, omnes aduersariorū tendiculas obseruat, agnoscit, vitat. Milites, ut ille diuinus ait

Plato

EPISTOLA.

\*Plato, feroces hostibus, subiectis  
 mites, urbem custodiunt: quod idē  
 nisi praeſtarēt qui hastas argumē-  
 torum splendide vibrant, Philip-  
 pus Macedo Atheniensium ora-  
 tores Athenis abducere nunquā  
 tentauisset. Omnes urbanae res, o-  
 mnia huius Academiae Dolanae  
 praecleara studia, & forensis sapiē-  
 tiſſimorum senatorū labor, latent  
 in tutela ac praesidio bellicae virtu-  
 tis: simulatq; increpuit suspicio tu-  
 multus, artes illico nostrae contice-  
 scunt. Alexāder\* interrogatus qua  
 via tam celeriter orbis totius im-  
 perium obtinuiſſet: cōsilio, inquit,  
 eloquentia, & militari disciplina.  
 Parua enim sunt foris arma, si non  
 est consiliū domi: & consilii vis ex-  
 igua, quod non facunde explicare

\*Plato in  
 Timæo.

\*Plutarch.  
 in lib. An  
 seni admi-  
 niſtranda  
 respubl.

## EPISTOLA.

possis. Optimus certe imperator ille, ut Caesar, qui & militari disciplina, & eloquentia splendet. Tanta est harum facultatum cognatio: tanta est armorum & argumentorum affinitas. Nullus ergo miretur librū oratoriū, artificium, inquam, instituēda quauis de re orationis, homini rem bellicā sectanti consecratū. Nec enim ut quidam\* Pyrrho, sic nos tibi, vir illustrissime, aciem instruendi rationem proponimus: ne idem, quod ille responsū feramus, imperatore tibi non esse opus, cuius aures litui sonus nunquam percusserit. Neq; id quod peripateticus ille\* Phormio Annibale audiente fecit, plures horas de imperatoris officio, & de omni re militari, te audiente, disputaturus

\*Thucyd:  
lib. 6. in cō-  
sione Al-  
cibiadis.

\*Vide Cic.  
2. de orat.  
75.

## EPISTOLA.

sum: me tibi merito, ut ille Anni-  
 bali, delirare videar. Sed quod an-  
 te annos circiter quatuordecim in  
 vniuersitate nostra Turnonia, cū  
 illic rhetoricam profiterer, ut cūq;  
 dolaueram; componendæ oratio-  
 nis artificium, id nunc, superiorū  
 meorū iussu, mandandū typis, re-  
 cognitū, & auctū, sub nominis tui  
 vexillo in solē prodire volui, quod  
 et nobilitati studiosa ad legationes  
 obeundas, ad milites excitandos,  
 sed seditiones cōprimendas, adiu-  
 mentū; & mei erga te, tuiq; vicif-  
 sim erga me amoris argumentū ef-  
 se possit. Nam & ego in ditione tua  
 sum natus: & tu pro tua pietate  
 fratrem de fonte sacro suscepisti: &  
 singularem quandam in me meof-  
 q; humanitatem semper ostēdisti:

EPISTOLA:

& literatos omnes, eos praesertim,  
 qui cum literis religionem coniū-  
 xissent, coluisti. Quae cum ita sint,  
 clarissime vir atq; humanissime,  
 perge nos amare ut coepisti, & hoc  
 munusculum, quantillum idcunq;  
 est, eo sit loco apud te, ut studiosi o-  
 mnes magis ac magis ad eloquentiā  
 inflammentur. Nam & impera-  
 tor bonus fouet oratorem bonum:  
 & bonus orator imperatori bono  
 praesidium & ornamentum  
 affert. Bene vale. Ex edi-  
 bus nostris 7. Idus  
 Iunii 1588.

TYPO-

TYPOGRAPHVS  
LECTORI.

**Q**ui numeri amice lector, in  
hoc artificio citandis M.  
Tullii libris ad marginem notan-  
tur: ii sunt quibus non ita pridem  
D. Alexander Scot. Scotus vir  
eruditione clarus, non minus la-  
boriose, quam utiliter & commo-  
de omnia eiusdem opera dissecuit:  
quæ a me cū apparatu Latine lin-  
guæ in Ciceronem numeris iisdem  
utrobique sibi respondentibus, typis  
mandari cœpta, in lucem prodeunt.  
utere omnibus ad tuam mul-  
torumque salutem: &  
Vale.

# AD CHRISTIANVM

LECTOREM.

**S**I labyrinthæ sinuosa per antra recess<sup>us</sup>  
 Erro vagos tendas (lector amice)  
 gradus:

Qui tua Thesæo ducat vestigia filo,  
 Quæ grati huic animi signa referre velis?  
 At vel Aristotelis, Marcive scripta pererrās  
 Cæca per obliqui tectæ vagare specus.  
 Iā radiis tenebras, ambages limite pandas  
 Perfacili textus si breuitate liber:  
 Non magis gratus erit, quo pulchrior om-  
 nibus vna  
 Artibus ars fandi est, sitq; labore labor!

πρὸς τὸν Ἀγτόμ.

Εἰς ἄγε τί θνητοῖς μάλλον κλῆρος ἰσθλὸν ἰ-  
 πάρα,

Λειριδέντα χεῖν ἐκ σομάχοιο λόγον;  
 Ἡ δὲ τί κυδάλι μὲν μάλλον βροτῶ ἢ μὲν οἷσι,  
 τῶν ὑπὸ πελυμαθῶν ῥηθὲν ἀριστεροῖν;  
 Ἄμ' ἄγε σε γλώσσης γλυκερὴν ῥίσην ἔλδεαι  
 αὐδὴν;

Ἐλδεαι εὐφραδεῶς πάντα φραδέντα  
 φρονεῖν;  
 Δευρῖος, ἀμφοτέρη μέθοδον, διδασχὴν τε μα-  
 θῆσαι,

Ὅφρα θεῶ κῦδος, σοι ὄφρα καρπὸς ἔη.

GENE-

M  
cess  
ice)  
velis?  
errās  
s.  
nda  
or o-  
por  
y 8-  
111  
111,  
s  
d' 100  
111  
111  
NE-

GENERALE AR-  
TIFICIVM TEXENDÆ, SEV  
COMPONENDÆ CVIVSCVNQV  
orationis longe facilimum,

PRÆFATIO.

COMponēdæ orationis ra-  
tationem traditurus & vi-  
am, quæ mihi omnium facilli-  
ma, & cōmodissima videatur:  
initio illud omnes præmoni-  
tos velim, ne artē hīc eloquen-  
tiæ a nobis perfectā tradi pu-  
tēt: sed ea tantū præscribi, quæ  
seruari ab iis oporteat, qui cū  
artis præcepta affluentius aliū-  
de hauserint quo tamē modo  
fit vtendum præceptis, quoue  
modo fit artificiose cōponen-  
dū, ex ipsis nondū plane didi-  
cerunt. Nam plæriq; vel me-  
diocriter eruditi, quamuis quæ

P R Æ F A T I O.

de bene dicendis præcipiuntur a rhetoribus, cumulate percepserunt, tantis tamen plærunq; tenebris offunduntur, cū sese ad scribendū cōparant: vt vel ipsi quid dicant, vix inueniant, vel si quid inuenerint, rectā in eo collocando seriem minime seruēt: cumq; duas tresue orationis partes vtcunq; distinxerint, in quas res plerunq; pulcherrimas minus ornate & minus ordinate contulerint: tum demū se oratoris munere perfunctos arbitrētur. Sed quam longe ab hoc absint, illi facile iudicent, qui eloquentia plene imbuti, & noua perite ipsi cōponere, & in aliorū scriptis artificiiū solerter obseruare norunt.

## AD LECTOREM

runt. Atq; vt sint nōnulli, qui nec incite, nec indiserte illa præstent, deformitate tamē agendi scēdant omnia. Demus etiā reperiri nōnullos: quibus horum nihil omniū desit, vt& artis præcepta perfecte norint, & iisdē vtantur scienter: hoc illis tamē vnū deest: quod ex eorū eloquētia& oratione, omnibus (vt ita dicā) numeris absoluta, nullus eloquens, null' artificio se dicēdi non perspecto eloquentis artificio, peritus euadit. Faciem enim orationis multi cernūt: intima vero corporis, & succū, & sanguinē per totū corpus diffusum, aliaq; id genus nec minima, nec obuia, per pauci. Quoniā ergo tria\* vidēda sunt oratori, quē hoc ar-

\*Cic. in  
Orato. se-  
cōdione 43.

PRAEFATIO AD LECT.  
tificio instructū volum', quid  
dicat, & quo quidque loco, &  
quomodo (quippe qui rē ora-  
tione tractandā sagaciter per-  
pendere, ad tractandū adhibē-  
dam subtiliter munire, inuen-  
tā ordinate distincteq; dispo-  
nere, dispositā splendore ver-  
borū & actionis illustrare de-  
bet) dicendū omnino est, quid  
sit ei spectandū in singulis: sed  
aliquanto secus atq; in traden-  
da arte dici solet. Nulla enim  
artis ordine præcepta ponem'  
(neq; enim id suscepimus) sed  
artificiose orationis speciem &  
formā adumbrabimus: quidq;  
in ea componenda sequē-  
dū, quid fugiendū sit, ex-  
primere conabi-  
mur.

DE

D  
præc  
ei, q  
cunq  
pseri  
differ  
dilig  
idem  
facier  
rotan  
lo &  
mur.  
dem i  
terit:



DE QUÆSTIONE

PENITVS CO

gnoscenda.

\*

C A P. I.



VICVNQVE igitur, vel meditando, vel scribendo de re quapiam conficere orationem parat; hoc ei primum præcipiemus, quod præcepit<sup>a</sup> Antonius ei, qui causas ciuiles acturus est, quamcunque quæstionem sibi tractandam sumpsit, id est, quamcunque rem de qua differere liceat, tractaturus erit, vt eam diligenter penitusque cognoscat. Quod idem<sup>b</sup> Fabius & Rodolphus<sup>c</sup> Agricola faciendum prudenter admonent, remque totam copiosius explicant. Eam nos paulo & breuius & planius aperire conabimur. Ille igitur quæstionem, meo quidem iudicio, facile perspectam habere poterit: si quam vim habeant eius partes,

a Apud Cic. in 2. de Orat. 99.

b Fab. lib.

12. cap. 8.

c Rodolp.

libr. 2. de

inuent.

Dial. cap.

10.

A. j.

DE

quid valeant perspexerit. Nisi enim quæ vocibus quæstionis omnibus subiecta notio sit, intelligat, non poterit, nisi fortuito, quin imprudens in res à proposito prorsus alienas frequenter impingat. Planum fiat exéplo, quod dicimus, & quæstio in vtrambet partem disputanda ponatur huiusmodi:

*An literarum studia sunt amplectenda?*

Subiecta pars quæstionis huius duobus ex vocabulis constat: vnicum pars habet attributa. Nam sæpenumerò accidit vt non duæ modo, sed plures etiam in vtraque parte quæstionis voces reperiantur, vt etiam docet Aristoteles: <sup>d</sup>terminos cõplexos communes differendi doctores vocât. Sed quotquot erunt, eas sigillatim expendere oportebit, quidq; potestatis vnaquæq; habeat, diligenter exquirere. Quapropter in proposita quæstione videndum est quid studiorum, quid literarum nomine, quid denique participio, quæ pars est attributa quæstionis huius declaretur. Nam studia, etsi aliis locis aliter interpretari licet, hic tamen idem valent atque exercitationes. Literæ autem significant bonas artes, quæ literarum monumentis continentur. Alibi hoc ipsum nomen alio sensu variè vsur-

d Aristo.  
li. 1. prioris  
analyf. c. 33.

vsurpant authores. Porro amplecti propriè circumnectere, & circumligare significat, cum iunctum id verbū sit ex, am, quod est circū, & plecti, quod nectere, & ligare, est à *πλέκω*, id est, necto, plico, ligo. Sed hæc significatio ab hoc loco aliena est: metaphorica est huius loci propria, quæ est vehemèter amare, aut amare simpliciter. Amplexus enim amoris indicium est, cū quos charos habemus eos amplecti subinde solemus. Quin etiam nexus, aut vinculum, rectè amor, & beneuolètia dicitur. Neque verò hæc otiosa translatio est, propterea quod in ipso cursu orationis, vel similitudines, vel argumenta alia ex locis comparatorum deprompta suppeditare poterit. Tanti refert sæpenumero quibus vocibus in quæstione, quæ tractanda est, utamur. Quod si perfectissimam, & ad reliqua utilissimam quæstionis cognitionem habere volet, non satis habebit vim vocum ambiguarum (quādo tales inciderint) propriam eius loci, quem tractet, ab aliis distinxisse: sed hoc iactō quasi fundamento, quæ definitio sit cuiusq; rei per quāque quæstionis vocem significata, quæ partes, id est, quæ quasi membra, vel species: quæ coniugata sint, quæ notatio cuiusque verbi: quæ item similia, vel dissimilia singulis respo-

deant, quæ v: maiora, vel vt minora, vel vt paria illis comparentur, quæque contraria sint, quæue repugnent: quæ adiuncta quæque proprietates habeant, quæ subiecta, quod genus, quod totum: qui denique sint earum effectus. quæ causæ reperiatur: hæc, inquam, vel omnia, vel pleraq; quoad singulæ quæstionis voces ferēt, ex hominum doctissimorum sentētia, diligenter inquireret: & ad ea intelligenda studium saltem mediocre adhibebit: atque ita perfectam quæstionis cognitionē assequetur. Quamquam à tyronibus tanta forsitan accuratio, tamque subtilis rerum inuestigatio nō est requirenda. Exemplis omnia superiora illustraremus, nisi paulo post cōmodius, ne bis eadē repetere cogamur, essent proferenda. Sed cum quæstiones partim, infinite sint, quæ ex vocabulis, id est, nominibus appellatiuis, vt loquuntur grāmatici, cōstāt, & Græcè theses. Latine cōsultationes, aut proposita nominantur: partim finita, quæ ex nominibus propriis cōstant, & hypotheses Græci, Latini causas, vel controuersas appellant, Cūque ad vtrumque genus cognoscendum quæ adhuc exposita sunt conueniant: Si tamen finita quæstio tractanda proponatur, diligentius peruestiganda erunt, omnia quæ iis rebus quæ pro-

propriis nominibus significatæ sunt, peculiariter tribuuntur, siue personæ demum illæ sint, siue loca, sine alia cuiuscunque generis, vt Quintilianus admonet: quo item referre licet ea, quæ peculiariter causarum ab eo, & à Cicerone locis ante notatis tradita, & præcepta sunt exempli gratia, ex proposita thesi. fiat in hunc modum hypothesis in oratione tractanda. *Sunt ne studia literarum amplectenda Petro Turnoni?* Huius & personæ & vrbis attributa, seu circumstantiæ omnes diligentius erunt spectandæ, & peruectigandæ, quæ tametsi maxima ex parte ad locum adiunctorum referatur; tamen vel ex aliis cognoscere hæc oratorem oportet cum testimoniis, & literis, vt causâ oliam à litigatoribus accipiebatur, vel ex historiis, vel certe ex conuictu, & ipso sensu perspecta omnia habeamus: quod cum in aliis quæstionibus id genus: tum in personarum laudationibus omnino est necessarium: At quæstionis infinite cognitio ex ingenio potius, & rerum cognitione pender, quæ doctorum scriptis comprehensa modo præscripto parari debet.

\*

A. iij.

e Quintil.  
lib. 5. cap.  
10. sub finem.



*De cognoscenda quaestionis natura.**CAP. II.*

Um rem penitus, quaestione in-  
que cognorit, proximum est ut  
eius naturam, genusque videat:  
coniecturalis ne sit, an definiti-  
ua, an qualitati. Inuerit enim cognitio  
haec ad promptiorem argumentorum in-  
ventionem, ut post melius intelligetur.

a Apud  
Cic. in 2.  
de Orat.  
103. 104.  
& 132.

Hoc est secundum etiam Antonij præce-  
ptum de causa in 2. de<sup>2</sup> Oratore: Sed con-  
iecturales quaestiones, quibus de rei (ut ita  
dicam) existentia vel facultate quaeri solet,  
dictæ sunt à coniecturis, quæ sunt signa  
quædam, quibus animus peruenit ad co-  
gnoscendam veritatem. Etenim coniectu-  
ræ, ut Quintilianus est author à coniectu,  
id est, à directione rationis ad veritatem,  
nomen acceperunt. Ad hoc genus primum  
pertinent omnes illæ quaestiones, quibus  
quaeritur: Sitne aliquid? fuerit? futurumue  
sit? vel an fiat? an factum sit? an futurum  
sit ut fiat? ut, an sit ius in rerum natura?  
An fuerit Hercules aliquis? an mundus sit  
interiturus? & an hostes classes ædificent?  
An patrem necarit Sextus Roscius? An  
Turcæ nobis bellum sint illaturi? Ad hoc  
genus referendæ sunt quaestiones de vo-  
lunta-

luntate, & animo cuiusque. Nihil enim aliud quæritur, nisi quæ sit, aut fuerit, aut futura sit mens alicuius. Ut an regnum affectet Manlius? Quo animo Pyrrhus pacem petat? Quæ fuerit voluntas scriptoris, ut legislatoris, vel testatoris? Quo animo restiterit in Africa ligarius? Quo animo Cæsar sit laturus Pompeij mortem? Ad hoc idem genus, quod tempora tria comprehendit, pertinent etiam quæstiones illæ, in quibus quæritur quid esse vel fieri possit, aut non possit, ut Cicero in partitionibus declarat. Ut, æquisnam verè, & perfectè sapiens esse possit? An populo Romano possit esse pax cum M. Anto.? an Cæcilius rectè possit accusare Verrem? an hostes facile vinci queant? an Christi cultor tentationes hostium, quibus impugnatur, possit superare? Aliæque sexcentæ eiusdem generis. 2. Deinde coniecturales sunt quæstiones omnes, quibus origo, & initiû cuiusque rei perquiritur. Ut, unde oriatur pestilentia? an ab ira Dei? an à causis naturalibus? ut ex aëris gravitate, an ab aquis corruptis? an à noxio terræ halitu? amicitia ab indigentia, an à natura sit orta? 3. Præterea numerantur in coniecturalibus quæstiones illæ, quibus exquiritur causa efficiens, & ratio cuiusque rei. Ut, quæ res

conficiant eloquentiam? naturane, an ab  
 an exercitatio, & imitatio? cur doctissimi  
 homines de maximis rebus dissentiant? cur  
 hostes flumen traiecerint? an ab aliis fuga-  
 ti, an sedes novas occupaturi, an regionem  
 intactam vastaturi? cur hostis humani ge-  
 neris pomum vetitum Eux comedendum  
 pio, osuerit? Denique, cum quæritur pos-  
 sitne res aliqua mutari, aut interire, quæ-  
 sitionis hoc genus de mutatione totū con-  
 iecturæ est. Ut possitne interire virtus? an  
 in vitium verti? an commutatione aliqua  
 eloquentia in infantiam verti possit? odium  
 in amorem? Has 4. coniecturæ partes con-  
 stituit Cicero in 3.<sup>b</sup> de Oratore, & in 6.<sup>c</sup> Top-  
 icis quas tamen in 4.<sup>d</sup> partitionibus ad duo  
 genera reuocauit, possitne aliquid effici,  
 & quemadmodum quidque fiat. Atque hoc  
 genere posteriore duas mihi partes com-  
 plecti videtur, de origine, & de causa effi-  
 ciente. Nam siue simpliciter quæras, qua  
 quamque rem causa efficiat, siue longius,  
 cogitatione progressus, exquiras, quæ sit  
 prima origo cuiusque rei, hoc profecto  
 quæris, quemadmodum quidque fiat, &  
 oriatur. Priore verò genere reliquas duas  
 partes videtur comprehendisse, an sit, futu-  
 rit, futurumve sit: & de immutatione. Com-  
 eoim quæritur, an interire quid possit, aut

b Cicel. 3.  
 de Orat.

112.

c Idem in  
 Top. 82.

d In Par-  
 tit. 64.

in aliud conuerti, sanè quaeritur, quid fieri possit, aut non possit. Quaestiones autè illae, an sit aliquid, an fuerit, an futurū sit, vix explicari solēt, aut possunt, quin cō unctè tractetur illa quaestio, an potuerit aut possit esse. Itaque qui probat non esse patrem à Sexto Roscio necatū, illud coniunctè explicat, ne interfici quidem potuisse. Et qui cōtendebant nullos esse Antipodas, probabant esse non posse. Et qui conantur ostendere mūdum nunquam interiturum illud addunt, ne interire quidem posse vlla ratione. Propter hanc tantam coniunctionem potuerunt illae quaestiones ad quaestionem de eo quod fieri potest, aut non potest, vt cunque reuocari. Hæc de coniecturae partibus.

Definitiuæ quaestio à definitione trahit nomen, quod hinc omnis tota pendeat: Sed hoc nomine descriptiones etiam comprehendimus, vt in ratione inueniendi, vbi agitur de loco definitionis. Quaestio- nis autem definitiuæ genera quatuor sunt à Cicerone, & in 3. de Oratore lib. & in Topicis: Vnum notionis, alterum proprietatis, tertium diuisionis & partitionis, quartum descriptionis. Quaestiones notionis dicuntur, in quibus quaeritur quid in communi mente, quasi impressum sit: & quæ sit

verbo

verbo subiecta notio, quem conceptum  
 vulgo dicunt, neque aliud quicquam est,  
 nisi quod celeriter animo occurrit audito  
 verbo, & vocabulo cuiusque rei. Vt, sitoe  
 ius, quod maximè parti vile est? an quod  
 ei, qui plus potest? Hoc enim quæritur, quæ  
 sit iuris notio in mentibus hominum im-  
 pressa, & quid intelligant, qui audiunt no-  
 men iuris. Ex eodem genere illa sunt, An  
 sit Deus mens quædam soluta, & libera, se-  
 gregata ab omni concretionem mortali? an  
 vita beata sit secretis omnibus malis, cu-  
 mulata bonorum complexio? Proprietati  
 quæstiones appellantur cum quid cuiusque  
 proprium sit exquiritur. Vt, an bene dicer  
 proprium sit oratoris? an in solos homine  
 cadat ægrotudo? Diuisionis & partitioni  
 quæstiones vocantur, cum res distribuit  
 in genera, aut in partes, & quasi membra  
 In genera: vt, an tria sint genera bonorum  
 externa, corporis, & animi? In partes, vt,  
 sint quinque partes eloquentiæ, inuentio  
 dispositio, elocutio, memoria, pronuntiatio  
 Descriptio quæstiones dicuntur, cum  
 quæritur, quæ sit forma, & quasi natu-  
 ralis nota cuiusque, & totius generis  
 quasi species quædam, imaginemque describitur,  
 vt quæ sit species auari, quæ seditio  
 quæ gloriosi, quæ timidi, quæ audacis, quæ  
 affe  
 quil  
 tele  
 bus,  
 disp  
 stion  
 quæ  
 tion  
 Top  
 sam  
 stion  
 nicio  
 ritur  
 quæst  
 stio d  
 dem d  
 quæst  
 ni dix  
 alio q  
 metue  
 rannu  
 tinaci  
 nis, &  
 quod  
 vis, &  
 ritur:  
 nis qua  
 perqui  
 quæsti  
 affe

assentatoris, & alia generis eiusdem, in  
 quibus natura & vita describitur. Aristo-  
 teles in <sup>c</sup> Topicis, & Cicero in <sup>f</sup> Partitioni-  
 bus, quæstionem de eodem & alio, in qua  
 disputatur aliud an, idem sit, subiiciunt quæ-  
 stioni definitionis, & rectè quidem. Quia si  
 quæretur, idemne sit, an diuersum defini-  
 tionibus iudicandum est, vt ipse Mar. T. in  
 Top. scriptum reliquit: Tamen si aliam cau-  
 sam <sup>h</sup> Arist. explicat. Nam cum ille quæ-  
 stiones definitionis appellet, non quæ defi-  
 nitionibus explicantur, sed in quibus quæ-  
 ritur, an hæc sit illius definitio? & ad has  
 quæstiones refellendas firmissima sit quæ-  
 stio de eodem, & alio (nam cuius non ea-  
 dem est definitio, idè esse non potest) ideo  
 quæstionem de eodem & altero definitio-  
 ni dixit esse subiectam. Sed de eodem, &  
 alio quæstiones huiusmodi sunt: sive idem  
 metuere, & vereri? an idem sit rex & Ty-  
 rannus? an aliud sit perseuerantia, aliud per-  
 tinacia? Inter quæstiones autem descriptio-  
 nis, & quæstiones notionis illud interest:  
 quod in quæstionibus notionis, quæ sit  
 vis, & natura, siue essentia cuiusque rei quæ-  
 ritur: in quæstionibus autem descriptio-  
 nis qualis sit cuiusque rei forma, speciesque  
 perquiritur: alio tamen modo, quàm in  
 quæstionibus qualitatis, de quibus mox

e Arist. in  
 Top. lib.  
 7. cap. 1.

f Cic. in  
 Partit. 65.

g Cic. in  
 Top. 87.

h Arist. in  
 eodem li-  
 bro & ca-  
 pite.

dicetur. Nam in his sigillatim quærentur cuiusque rei qualitates, in descriptione autem colliguntur vniuersæ, vt propria quasi notis, atque signis cuiusque rei forma, & species quasi depingatur. Quod ei genus quoddam sit definiendi, nō quidem exquisitum, atque subtile, sed sæpe tamen etiam Philosophis necessarium, recte descriptionis quæstiones in quæstionibus definitionis numerantur.

Restant quæstiones qualitatis, in quibus quæritur quale quidque sit: vt an appetenda virtus? an vitium fugiendum? si qualitas hic latius patet, quàm in tertia categoria Aristotelis. Nam omnia omnia accidentia complectitur. Ita quæstiones qualitatis, & quæstiones accidentis præ eodem dicere possumus. Earum species ab eo, duæ à Cicerone fiunt. Omnes enim continuationis, id est, qualitatis quæstiones, neque sunt simplices, aut comparatæ. Simplicem ratiō dicuntur, in quibus sine vlla comparatione quæritur qualis vnaquæque res sit, vt an sit utilis virtus? an rotunda terra? an maior globosum cælum, an vtilis populi honor et iuris res? æquumne sit persequi iniurias? licet vitæ, actusne vim vi repellere? honestumne sit gloriæ causa mortem oppetere? An sit utilis parum vicium cum Antonio? an honestum? an æquum suscipi, F.

rit occidi Tyberium Gracchum à Scipio-  
 ne Nasica? Cōparatæ verò quæstiones ap-  
 pellântur, in quibus due res, aut plures inter  
 se comparantur. Ut eloquentiâne sit vti-  
 hor, an iuris civilis scientiâ? an sol maior  
 terra? vtrû sit utilis, omnes copias in Ita-  
 lia retineri, an copiarum partem in Afri-  
 cam à Scipione transmitti? vtrû sit æquius  
 à Cicero, an à Cæcilio accusari Verrem?  
 vtrû honestius respondere de iure, an pro  
 reipublicæ dignitate pugnare? Quid ma-  
 ximè sit utile, hosti se dedere, an oppidum  
 defendere, an omnia suis manibus delere?  
 Quid sit maximè honestum, respondere de  
 iure, an in foro causas agere, an pro repub.  
 bellum gerere? Quid sit maximè æquum  
 probè conne accusari reum, quem ipse velit: an  
 in specie ab eo, quem velit, quibus iniuriæ factæ  
 inim condicantur: an ab eo, quem neque velit reus,  
 neque ijs, qui reum in iudicium vocent? ea-  
 simplicem ratio est in omnibus aliis quæstioni-  
 comparatis, quæ coniectione conti-  
 nes fit, ventur. Ut an Luna sit maior sole? an Sol  
 terra? maior terra? an eloquentia dignitate præ-  
 li houet iuris civilis scientiæ? Vtra optabilior  
 s? licet vita, actuosâne, an ea, quæ tota in contem-  
 e sit gloriacione consistit? Quæ præstantissima sit  
 vtilis prarum virtutum, quæ Theologicæ nomi-  
 num susatur, Fidésne, an spes, an verò Charitas

& aliæ quæstiones infinitæ generis eiusdem  
 Nec enim tantum quæstiones de iure, &  
 iniuria, vt antiquis causarû actoribus, sed  
 omnes omnino quæ oratione explicari pos-  
 sint, & debeant perfecto tractandæ sunt  
 oratori. Quapropter omnes omnium su-  
 periorum generum species in orationem  
 cadere aliquando possunt. Verùm Aristo-  
 telis decreta M. Tullij sententiæ repugna-  
 re videntur. Nam is initio libri 2. de De-  
 monstratione quatuor affirmat esse, quæ  
 quarantur, duo simplicia, totidémque con-  
 iuncta: simplicia, an sit, & quid sit: coniu-  
 cta, an ita sit, & cur ita sit. Et quoniam, an  
 sit, coniectura, Quid sit definitione con-  
 netur, necesse est reliquas duas quæstiones  
 coniunctas, aut ad solam qualitatem, &  
 partim ad qualitatem, partim ad alias quæ-  
 stionum species reuocari: vel fatendû pluri-  
 ra tribus esse quæstionum genera. Illa est  
 quæstio copulata, in qua cur ita sit ambigitur,  
 tota coniecturæ est, pertinet enim  
 eam partem, in qua rei causa perquiritur  
 vt, cur Sol aliquando deficiat? an opposi-  
 tione Lunæ cum lucis amissione? Illa vero  
 quæstio, an ita sit, partim coniectura con-  
 tinetur: vt, an luna deficiat? an cælum con-  
 uertatur? partim qualitate: vt, an virtus  
 laudabilis? an vitium fugiendum.

stio  
 bus  
 De  
 rum  
 cum  
 aute  
 agen  
 quan  
 qual  
 situm  
 virtu  
 quæst  
 nis ci  
 appar  
 omne  
 & fini  
 ration  
 nius &  
 confir  
 sunt qu  
 quæstio  
 plecter  
 ciet, q  
 tributi  
 futurus  
 pium,  
 nem ca  
 ræue qu  
 men, q

stiones, etiam cognitionis, & actionis tri-  
 bus iisdem generibus comprehenduntur.  
 De questionibus quidem cognitionis qua-  
 rum finis est cognitio, dubitari non potest,  
 cum Cicero id aperte tradat. *Questiones*  
 autem actionis omnes, quæ referuntur ad  
 agendum aliquando in coniecturam, ali-  
 quando in id genus cadere videtur, in quo  
 quale quidque sit quæri solet. Ut, an depo-  
 situm furioso reddendum? an sit expetenda  
 virtus? Ex quo perspicitur non esse plures  
 questionis gradus, qui licet in controuer-  
 sis civilibus, & criminum causis maximè  
 appareant: tamen iisdem tribus gradibus  
 omnes questiones continentur, & infinite,  
 & finite, siue sint exornationis, siue delibe-  
 rationis, siue iudiciorum, ut M.<sup>k</sup> Anto-  
 nius & Quintilianus disertissimis verbis  
 confirmant. Iam vero ex his, quæ dicta  
 sunt qui propositam à nobis in exemplum  
 questionem (An literarum studia sint am-  
 plectenda) iudicare volet, facile perspi-  
 ciet, quoniam ea genere contineatur at-  
 tributi distinctione adhibita. Si enim id ad  
 futurum<sup>m</sup> tempus referas, ut sit Partici-  
 pium, coniecturæ quæstio in deliberatio-  
 nem cadens, erit, cum de re facienda, futu-  
 ræue queratur. Sin idem sumatur ut no-  
 men, quasi dicas digna quæ amplectamur  
 aut

i Cic. 3 de  
 Orato. 112.  
 & in par-  
 tit. 62.

lz Apud  
 Cic. in 2.  
 de Orat.  
 104.

Quintil.  
 li. 3. cap. 6.

m Vide  
 Cicer. in  
 Top. 93.

aut amœnus, seu, ambilia, quaestio, ad exor-  
nationem referenda, qualitatis.

*De argumentis & amplificationi-  
bus quæredis ad quaestionē tractandam.*

*CAP. III.*

**M**igitur accepto quaestio-  
nis genere, & cognito rem tracta-  
re cœperit, nihil prius consti-  
tuat, quam quibus eâ rationi-  
bus probari, explicari ut oporteat. Deinde  
illa duo diligentissime consideret, præfer-  
tim ecclesiasticus orator: quorum alterum  
pertinet ad eos, qui audiunt honestis ratio-  
nibus, ac sententiis, non scurrilibus dictis  
sibi conciliandos: alterum est accommo-  
datum ad eorundem animos in quemcum-  
que salutarem quaestio postulabit motum  
sententiis ad hoc ipsum idoneis, como-  
uendos. Verum de conciliandi, permo-  
dique ratione infra suo loco commodum  
præcipietur: nunc de probandi ratione di-  
serendum est. Vbi ergo naturam quaestio-  
nis orator viderit, quæ nunquam lateat,  
ne res quaratur, an qualis sit, an quod ni-  
men habeat: quæerere rationes & argumē-  
debet, ad eam explicandam. Quorum  
uentio longe faciliior iis futura est, qui  
nouerint rationum, & argumentorum

cos, eosque legendis autoribus bonis, & probatis omni rerum copia referferint, ne petentibus fortè nihil suppedient, si vacui relinquuntur. Horum verò & naturam explicare, & vsum ostendere, &, vt vno verbo dicam, vniuersam inueniendi artem singulis locis enucleandis tradere, non est huius loci, nec temporis. Diem enim longiorem, & spatium temporis liberioris ad id efficiendum sumi oportet. Interim tamen, ne quis omnino se hùc fuisse destitutum iure queri possit, néue à facilitate nobis proposita discedamus: agendum, quam facillimam rationes inueniendi viam, quam breuissimè fieri poterit ostendamus.

Cognita igitur quæstione, & vi singularum eius partium perspecta, nec ipsius genere ignorato, naturæue incognita, videat diligenter qui oratione ea quæstione tractanda compositurus est, quæ sint causæ vel effecta, quod totum, vel pars, quod genus, vel species, quod subiectum, quæ adiuncta, quæ contraria, vel repugnantia, quæ maior, vel minora, vel paria, quæ similia, vel dissimilia, quæ notatio, vel conjugata, quæ partes (quo nomine formæ etiam, siue species complectimur) quæ definitio sit subiectæ partis, vel attributæ quæstionis. Eandem inueniendi ad explicandam quæstio-

a Aristot.  
lib. 1. prio-  
ris Analy.  
cap. 26. &  
aliquot te-  
que nibus.

nem argumēti, seu mediij rationē, sed pat-  
lo aliter, & subtilius, & obscurius tradit  
Aristoteles, cū de parāda pronuntiatorum  
copia disputat. Et cum earum quæstionū  
partiū alterutra ex pluribus vocibus cōsta-  
re queat, de singulis quæ hāc discussionem  
ferre possint eadem quarantur: vt, cū ve-  
vnumquodque eorum, quæ iā sunt exposi-  
ta ratio ipsius rei propositæ esse valeat  
cū percurrerit omnia, expendat, & sel-  
gat vnum argumētum, vel piura ad ipsam  
quæstionem explicandam, & probandam  
maximè idonea. Præterea quid vel De-  
aliquando per se, aut angelos, aut proph-  
tas, cæterōsque homines diuino spiritu a-  
flatos: quidve doctores ecclesiæ, & patres  
aut alij homines autoritate aliqua præ-  
ti de re proposita pronuntiarint. Huius-  
modi enim testimonia, quæ argumen-  
remota dicuntur, sunt etiam rationes, quæ  
bus illa comprobetur. Quod si diuina  
testimonia sint, & eo spiritu, quo di-  
sunt intelligantur, omnium sunt argu-  
mentorū firmissima, atque certissima.  
Deus enim mentiri non potest. Quo-  
hæc omnia testimoniorum genera etiam  
hinc inde conquirenda oratori, vt illis  
orationis cursu suis locis vtatur. Sed  
uinis, & doctorum Ecclesiæ, ac patrum

testimoniis, in sacris orationibus, quas cō-  
 ciones vocant, ecclesiastici oratores cre-  
 berrimis videntur: adhibita cuique vel tot,  
 quot opus erit ex doctorum consensu, vel  
 ex ecclesiæ sensu, quæ in hoc genere offi-  
 cij errare non potest, cum sit columna, &  
 firmamentū veritatis, vel breuiori, vel co-  
 piosiori, vt res feret, interpretatione. Hac  
 ergo via inuestigandæ rationes erunt, &  
 in quendam quasi cumulum congerendæ,  
 si minus ex omni genere locorum, saltem  
 ex aliquot locis depromptæ, vt ex omni-  
 bus si missinæ, necnon vberimè seligan-  
 tur, quales esse solent inter cæteras, quæ  
 depromuntur ex loco partium enumera-  
 tionis. Et quoniam illustriora fiunt exem-  
 plis omnia propositum thema, quod qui-  
 dem sterile alioqui videtur, quantam ar-  
 gumentorum copiam ferat, admota falce  
 diligentis, & accuratæ discussionis osten-  
 dere tentemus: vt in aliis rebus idem face-  
 re hinc tyrones doceantur. Tria sunt au-  
 tem verba discutienda, duo in parte sub-  
 iecta, *Studia literarum*, tertium in attri-  
 buta, quod est, *Amplectenda*. Quamobrem  
 ex singulis quemadmodum rationes, & ar-  
 gumenta eruantur, oisi à primo, videamus,  
 ordinemque argumentorum paulo antè à  
 nobis enumeratorum sequamur.

*Studiorum id est, exercitationum  
literarum,*

**F**INIS, Cognitio firma disciplinarum  
sive artium ad salutem utilitatemque  
& suam & reipublicæ directæ, quæ cum sit  
cuique studioso amplectenda, etiam disci-  
plinarum seu literarum exercitatio am-  
plectenda erit.

**M A T E R I A**, præcepta literis & doctri-  
nis cõprehensâ, Quæq; sunt subiecta ipsis  
artibus in quibus ipse versatur, quæ cer-  
te sunt amplectenda. Ergo & studia & exer-  
citationes quæ huiusmodi rerû sunt, erunt  
amplectenda. Hic latus sese aperit cãpus ad  
confirmandã in oratione componendã hæc  
propositionem, ex enumeratione partium,  
id est, ex materia cuiusque artis liberalis,  
& quæcumque in proposito themate, po-  
test intelligi.

**F O R M A**, nulla hic aliã quærenda, nisi  
forte modus exercitationis literarię, quo  
hec ab aliis exercitationibus distinguatur.

**E F F I C I E N S**, Princeps, cupiditas di-  
scendi naturalis, & innatus nobis amor sci-  
entiæ: quem cum Deus ingenerauerit menti-  
bus nostris, amplecti debemus: proinde &  
exercitationes literarias, quibus scientiam  
adipiscimur. Aliæ sunt efficientes causæ ad

iuuan-

iuuantes minores, cuiusmodi sunt (vt instrumenta præteream) Doctores artium qui auditores exercent, exercitationum socij, mutua cohortationes eorundem ad subeundas alacriter huiusmodi exercitationes: quinetiam audacia quædam & quasi os munia scholastica, quæ pudorem afferre plerisque solent, præstandi: quæ omnia patet esse amplectenda, magnique facienda. Ad hæc sunt causæ procreantes & conseruantes studiorum nempe Collegiorum & Academiarum institutores atque autores, siue, vt vocant, fundatores, in quibus artes exercentur: Leges item & regulæ præscribentes locum, tempus, horam, modum, &c. literas frequenter exercendi, quas res cum nemo sanus amplectendas neget, & ipsa literarum studia amplecti oportere cõcedat necesse est. His omnibus accedunt causæ efficientes aliæ quæ interimentes, aut corrumpentes vocantur: quibus nimirum literaria exercitatio perit: quæ est otium, inanis metus, & pudor immodicus exercendi artes atq; discendi: quæ quidem cum fugienda sint, certè exercitationes amplectamur. Hoc genere causarum, causæ impediens possunt contineri. Sunt autem impedimenta multa studiorum alia.

**E F F E C T V S** varij: vt, p̄optā paratāq. disciplinarum facultatem, atque habitum gignere, errores ex animo euellere, dubitationibus liberare, in veritate confirmare, animum excolere, vt tanquam ager subactus diligenter vberes fructus ferat: huc pertinent vtilitates fructūsque omnes assiduorum exercitationum literariarum, qualia sunt bona facere meliora, non optima aliquo modo acuerē & corrigere, &c.

**G E N V S**, est exercitatio animi, Sūt enim & alia animorum exercitationes in quibus & praua sunt pleræque: nōnullæ item quàm literarū nobiliores & meliores magisque salutare, qualis est oratio diuina sola mētis actione, sæpe tamen etiam voce constans. Deinde exercitationis animi genus est exercitatio, cuius duo prima sunt genera, vnum animi, alterū corporis. Ceterum genus hīc infirmum est ad quaestionem concludendā. Nec enim omnis exercitatio animi, vel studium amplectendum est: nec si aliquod amplecti conuenit, idē recta argumentādi forma concluderis studium literarium amplectendum esse. Nō genus ponas, exercitationem animi laudabilem. Tum enim à genere vniuersè sumpto rectè concluderis.

**F O R M A** vel species, lectio optimi c

iusque authoris: quæ cū sit studiosis literarum amplectenda, etiam literaria exercitatio, vel studium literarum amplectendum erit. Cū sint autem multæ species, quas infra in loco enumerationis recēsebimus, vel hāc vel illam pro arbitrio sumere cuique licebit, siquidem vna tantum, vt argumentum ex loco formæ ductum dicatur, sumenda est.

**SUBIECTVM** vel subiecta res, Collegiū, seu Academia, & locus omnis huic generi exercitationis destinatus: sunt autem hæc amplectenda: igitur & literarum exercitationes, quæ illorum adiuncta sunt amplecti decet.

**ADIVNCTA:** diligentia in ediscendis artibus, labor comes exercitationis & studij feruor eorum qui seipos exercēt, animi honesta oblectatio, quam inde spectatores seu auditores capiunt, quanquam hæc potest in effectis numerari. Publica & honorifica magistri commēdatio ad honestam æmulationem. Præmia item proposita & proponenda victoribus in quouis genere exercitationis. Præmia esse possunt præter illam copiosiore ex ore magistri laudationem. fessio insignior, libelliauro picti, & alia multa generis eiusdē, quæ omnia cū fateantur adolescentes amplectenda, cur

ipsa studia negabunt amplectenda.

**CONTRARIA**, p̄tetermissio seu priuatio exercitationis non est amplectenda ergo, &c. Itē (vt negantia seu contradicentia priuātib. adiungamus) non exercitatio vel non studium, aut vt latinius loquar, non iludere literis, & non exercitare artes, non amplectendum est. Igitur ipsa exercitatio amplectēda erit. Aduersa non inuenio, nec relata, nisi pro his res quæ studiis agitari solent sumantur.

**REPUGNANTIA**, negligentia, frequentatio nimia ludorum, odium literarū, fuga laboris & honesti & utili & iucundi, aliāq; id genus, quæ fugienda esse constat: quod cum ita sit, studia exercitationēsq; artium erunt amplectendæ.

**MINORA** (nā ex maiori nihil hic efficitur) si exercitationes corporis moderate quibus & valetudo conseruatur, & eius robur augetur sunt amplectēdæ: quanto magis eæ quæ mentem excolunt, eique sanitatem afferunt, &c. Item aliud. Exercitationes artium liberalium, quæ in faciendo versantur: hæ autem sunt amplectendę. Ergo multo magis literarum studia amplectenda erunt.

**P A R**, Exēplum à pari, vt, viri clarissimi qui priscis tēporibus floruerunt, & seipos & alios

& a  
cue  
nim  
nos

S

fic li

D

rum

rum:

nes a

ctant

gium

non i

per eg

N e

tio, ve

re aliq

à nom

alia stu

orū e

dit, id

tracta

suum

num p

luerunt

variæ

vocabli

fic argu

literarū

& alios in literarū studiis diligenter exercuerunt: quòd vel immortalia eorum monumenta posteris relicta testantur: ergo & nos eiusmodi studia amplecti debemus.

**SIMILE.** vt diligens agrorū subactio: sic literarum exercitatio amplectenda est.

**DISSIMILE,** cætera studia neq; tēporum sunt, neque ætatū omnium, neq; locorum: Hæc studia seu literarum exercitationes adolescentiam alūt, senectutem oblectant, secundas res ornant, aduersis perfugium ac solatium præbent, delectāt domi, non impediunt foris, pernoctāt nobiscum, peregrinantur, iusticantur.

**NOTATIO,** festinata & diligēs tractatio, vel seria & diligēs operę collocatio in realiqua, quæ est notatio studij: nā studium à nomine Græco *σπουδή* significante inter alia studium & diligentiam. Propriè tamen *σπουδή* est festinatio, acceleratio, *δύο τῷ σπουδῆς*, id est, à festinando. Latini ergo de tracta *σπ*, altera tibia, vt græcum nomen suum facerent, pro *σπουδῆ σπουδῆ*, & vt latinum planè videretur studium dicere voluerunt. Hanc etymologiam confirmant variæ *σπουδῆς* significationes, quibus latini vocabuli potestates respondent. Iam verò sic argumentari licet, festinata & diligens literarū tractatio, vel seria & diligens ope-

*A'σπουδῆς*  
factū est  
per meta-  
thesim  
*σπουδῆς*  
vt à *σπύσσω*  
*φύγισσα* vn-  
de fugio.  
Atque  
hinc etiā  
cōstat cur  
prima v-  
tiusque  
verbi syl-

laba corri-  
piatur a-  
pud lati-  
nos.

ra collocatio in literis amplectenda est: ergo, &c. Quod si exercitationis notatione adiungere libeat, hæc esse poterit. Frequentatio artes exercendi, vel actio frequentata artium: quæ est amplectenda.

CONIVGATA, studere literis amplectendū est: ergo, &c. Itē exercitare, seu exercere literas & artes amplectendum. Igitur, &c.

ENVMERATIO partiū, vt formarum, quæ diuisio dicitur, vel partium, quæ quasi mēbra sunt, quæ vocatur partitio: species autē exercitationis hæc sunt, compositio, id est, noui operis confectio, & Analysis, hoc est, iā confecti explicatio & quasi enucleatio opus cōpositum retexens: lectio itē optimorū authorū, imitatio, examinatio, siue discussio eorundē, & cōmendatio, vituperatio, cōprobatio itē eorū quæ dicuntur ab illis, & contra interdū reprehensio, cōmentatio præterea & scriptio, declamatio, disputatio auditio, & si quæ sunt alia: hæc autem sunt amplectendæ, ergo, &c.

DEFINITIO, applicatio animi vehemens & frequens ad literas exercendas: quam certe amplectendam esse constat. Quamobrem studia literarum erunt amplectenda. Vel numero multitudinis, applicationes, &c. Quoniam studia, non studium, in quaestione dicitur.

Testi-

Ter-  
teris i  
ne p  
co, In

L

F  
n  
dicur  
M A  
dicit  
obied  
En:  
bile:  
Rhet  
Mus  
dia e  
ergo  
prop  
quib  
vt, l  
bile  
aut r  
E F  
tix  
stria  
quan

Testimoniū, Cic. Trebatio nulla ars li-  
teris sine interprete & aliqua exercitatio-  
ne percipi potest, vel potius vt idem<sup>b</sup> Arti-  
co, Incumbamus, ô Tite noster, ad studia.

b Cic. lib.  
2. epistol.  
ad Atticū.

*Literarum, id est artium, ac di-  
sciplinarum.*

**F**INIS, perfectio & absolutio functio-  
nū hominis, quæ operationes humanæ  
dicuntur: qui sane finis amplectendus est.  
**M**A T E R I A circa quā (quæ & obiectum  
dicitur) pro cuiusque artis varietate: vt  
obiectum Theologiæ, Deus: Metaphysicę,  
En: Physicę, res naturales siue corpus mo-  
bile: Ethicæ, Virtus: Logicæ, argumētatio:  
Rhetoricæ, oratio ornata, vel res omnes:  
Musicæ, soni, &c. Atqui harum rerum stu-  
dia exercitationesque amplectendæ sunt,  
ergo, &c. **F**O R M A: Modus proprius siue  
proprietas esse poterit, res videlicet de  
quibus præcipitur, quā tales vel tales sunt:  
vt, Deus vt Deus: corpus mobile vt mo-  
bile, vel vt naturale: ornatus orationis,  
aut res omnes vt ornatè explicantur, &c.  
**E**F F I C I E N S, absoluta Deus, qui scienti-  
as potest animis hominum absque indu-  
stria eorum instillare & infundere: quan-  
quam vt plurimum est adiuuās, sine qua &

reliquæ nihil: sed inter humanas adiuvant; princeps est natura id est cupiditas naturalis cognoscendi, homines enim natura scire desiderant, minores adiuvantes sunt exercitationes, quibus comparantur habitus artium, de quibus paulo ante: auctores primi seu inventores ipsarum, præterea scriptores omnes, & perfectores, atque illustratores egregij, qui hoc modo sunt optimè, de humano genere meriti: libri quoque optimi quibus literæ & artes continentur, & præcepta ipsa literarum monumentis prodita, aut etiam viva voce tradita: quæ sunt profecto amplectenda.

E F F E C T V S varij. Nam literæ ac scientiæ animum excolunt, ornant & illustrent, rempub. tuentur, civibus, atque adeo generi mortalium uniuerso, prosunt; rudes ad virtutem instituunt: improbos & facinorosos ex communitate & societate expellunt: errantes in rectam viam, reducunt, &c.

G E N V S, habitus animi: sed hinc infirma argumentatio est. Quanquam si sumatur, Bonum, valebit, genere, vt supra, uniuersè sumpto.

S P E C I E S seu forma: Rhetorica, verbi causa: quæ cū sit expetēda etiam ars, aliqua saltem, amplectenda erit. Nec enim aliter ex forma rei subiectæ concludere licet.

S V B  
sta res

A D

ditas:

dignit

hec in

quibus

nique

public

ditis a

C O

infortia

artium

tiam ca

ctendu

R E P

gritia,

tum, ar

tur ab

scientia

uidissim

nos am

est exp

D I S

za &amp; c.

aterna

N o r

dentur,

ri super

**SUBIECTVM**, inimus, est enim subiecta res artium in qua sunt.

**ADIVNCTA**, honestas, utilitas, iucunditas: quæ demonstrari debent ex effectis: dignitas item & præstantia & antiquitas, ad hæc incitamenta nativa quæ insunt artibus, quibus ad eas amplectēdas allicimur. Denique honores tum uouiti tum inuitati, vel publicè, vel priuatim habiti, & delati eruditis ac doctis viris.

**CONTRARIA**, aduersa, inertia vel incitiam: priuantia, priuatio literarum seu artium, vel ignorantia: relata quod sub scientiam cadit, quod vocant scibile, est amplectendum ergo & scientia, vel ars.

**REPUGNANTIA**, Otium. Veternus, Pigritia, &c. **MINVS**, diuitiæ, margaritæ, aurum, argentum, &c. Quæ si tantopere amantur ab hominibus: Quanto magis literæ & scientiæ? **PAR**, tot acutissimi homines auidissime scientias amplexi sunt: ergo & nos amplectamur. **SIMILE**, ut lux oculis est expetenda: sic literæ & scientiæ menti.

**DISSIMILE**. Non ut diuitiæ quæ fluxæ & caduæ sunt: sic bonæ artes quarum æterna est possessio, sunt negligendæ.

**NOTATIO**, literæ a linendo dictæ videntur, linere autem est rem mollem alteri superinducere, ut unguentum vulnere

vel corpori, calcem aqua temperatum pari-  
 etati, atramentum chartæ alterius rei, ta-  
 bulæ picturâ vel colorem, &c. A lino ita-  
 que litera, quod scribendo, atramentum le-  
 uiter chartæ illinitur, dicta est, tamen si nō  
 desunt qui literam quasi legitimam dictam  
 volunt, quod legenti iter præbeat. Priorem  
 Etymologiam si sequamur, literæ notatio,  
 quæ vim vocabuli exprimat erit hæc, quod  
 scribendo chartæ illinitur, linimētum vno  
 verbo aliter exprimere licet. Sin posterio-  
 rem, hæc, quod legenti vel etiam legendi  
 præbet iter, aut quod legendi iteratur.  
 Verum huiusmodi notationes propriæ li-  
 terarum significationi accommodatæ sunt.  
 Hic autem literas pro artibus ac discipli-  
 nis accipiendas esse diximus: quanquā non  
 nihil etiā ad rē faciūt. Quod attinet ad no-  
 tationē artis, varia ea est & multiplex pro  
 varia origine huius vocabuli. Veteres enim  
 vt D. Aug. refert in lib. de ciuitate Dei c. 1.  
 Artem *ἀπὸ τῆς ἀρετῆς*, id est, à virtute, latino  
 traxisse putauerunt. Id quod Donatus in  
 Andriâ Terētij scripsit, idq; per Syncope  
 fieri cōfirmat. Hinc artis notatio erit hæc  
 res optabilis: *ἀρετὴ* nāq; tanquā *ἡ ἀρετὴ*, id est  
 amabilis, seu optabilis dicta est auctor  
 Eustathio in primū Homeri Iliad. pag. 46  
 versiculo primo, in his enim quædā est, to  
 quit

quit,  
 ficatis  
 turo  
 go re  
 quod  
 firma  
 gēdo  
 on, P  
 ctum  
 est à t  
 videl  
 tum  
 tes an  
 vel c  
 tōsq  
 nō ap  
 πω, i  
 etior  
 tes a  
 abso  
 huiu  
 cum  
 ab ap  
 Qua  
 dupl  
 gi,  
 poss  
 citar  
 liter

quit, ut in literis, sic in sensu, rebusq; significatis affinitas. Mihi vero, ut ab ἀρπύξια futuro verbi ἀρπύξω, ἀρπύξ, & à lego, lex, à re-  
go rex, imo lex à futuro λέξω manauit, quod est à λέγω significante eligo, quod confirmat Cic. qui legē à legēdo, id est ab eligēdo dictam tradit, sic à futuro αολικο ἀρ-  
σω, pro communi ἀρῶ, hoc nomē ars ductum videtur, ἀπὸ τῶ ἀρῶν τὰ ἀιδεσπία, id est à tollēdis & euehēdis hominibus: quod videlicet artes, eos in quibus insunt tantum tollant & euehant supra ceteros carētes artibus, quantum hi belluis praestant: vel certè, quod homines ad magnos altosque dignitatis gradus euehant. Aut ἀπὸ τῶ ἀρῶν τὰ ἀιδεσπία καὶ τὰ ἀιδεσπία, id est ab aptando & componendo functiones hominum & actiones, nam per artes actiones nostrae aptantur, diriguntur, & absoluuntur, ut in Fine dictum est. Ratio huius varietatis est, quod futurum αολicum ἀρῶ vel ab ἀρῶ, id est tollo, eueho, vel ab ἀρῶ, id est apto adapto deriuari potest. Quamobrem notatio erit ex hac origine duplici saltem duplex, quae per facile colligi, & ad rem propositam accommodari possit. Nam si harum rerum studia & exercitationes amplectendae sunt: etiam studia literarum & artium.

CONIUGATA, literati & artifices, qui cum sint in pretio habendi, artium studia amplectenda quis neget.

PARTES enumeratæ per diuisionem si nomine bonarum artium liberales intelligamus, erūt hæc Grammatica, Rhetorica, Dialectica, Musica, Arithmetica, Geometria, & Astronomia, quæ & bonæ literæ & disciplinæ liberales, & ingenue artes nominantur. Vnde latissimus patet Oratori campus, vel ad quæstionē ipsam copiosius explicandam, ita vt ad id hæc vna ratio sufficiat: vel certè ad aliquam ex supra positis rationibus cumulatissimè confirmandam: sin aliter bonas artes enumeremus, ita vt à grammatica orsi ad sacrosanctam vsque Theologiam progrediamur, quam vastam Pelagus, Deus bone nauigandum?

DEFINITIO, siue definiatur ars congruenter Stoicorum sententiæ. *σύστημα ἑγκρατικῆς ψυχῆς ἐκτέλεσις ἀσκήσεων πρὸς τὸ τέλος βίης* *ἢ τὸ ἐν τῷ βίῳ.* Id est, ordo consentiens perceptionum, quæ exercetur ad aliquem finem vtilem vite: siue à doctis quibusdā viris definitur. Dispositio à generalioribus præceptis ad specialiora descendens, per quam vnaquæque res facilius percipi docerique possit, rei propositæ vtralibet erit accommodata.

FIN

FII

MA

& obi  
sunt b  
ter am

E F  
boni, &  
dia lito

E F  
cris tol  
dam. E

ergo de  
amplec

GE  
mentat  
AD I  
magn

CON  
prosequ  
vnde sic

non sur  
sunt no

REP  
aspernar  
randa, p

proxim  
da sunt.

*Rei amplectende.*

**F**INIS, adeptio rei amatae, vt hinc literarum vel artium.

**M**ATERIA, bonum, quod est materia & obiectum amoris. Iam uero studia literarum sunt bona, & amplectenda, id est, vehementer amanda.

**E**FFICIENS: cognitio rei amatae & boni, & spes boni consequendi. Vnde studia literarum sunt cognoscenda ergo, &c.

**E**FFECTVS: desiderium, facilis & alacris tolerantia laborum ad rem obtinendam. Hæc enim parit amor vehemens. Si ergo desideranda sunt literarum studia & amplectenda, &c.

**G**ENVS, appetere: vnde, vt supra argumentatio infirma est.

**A**DIUNCTVM: magni facienda, siue magno in pretio habenda: ergo, &c.

**C**ONTRARIA: aduersa, magno odio prosequenda: negantia, non amplectenda: vnde sic argumentandum: studia literarum non sunt magno odio, &c. ergo ampl. Et non sunt non amplectenda. Ergo amplectenda.

**R**EPUGNANTIA contemnenda seu aspernanda, vitanda, seu fugienda, vituperanda, pro nihilo habenda, &c. Iam hæc vt proxima in argumentando accommodanda sunt.

SIMILE: ut ea brachiis amplectimur, quæ nobis profutura speramus non personas modo, sed res etiam iuanimas: sic literarum studia quæ tantam utilitatē habent amplecti debemus. In summa simile est res quæcunque salutaris.

DISSIMILE amplexus rerum inutilium parūque honestarū. Vnde sic. Non ut parū vel utilia vel honesta amplectenda non sunt: sic studia literarum quæ utilia sunt & honesta amplectenda non sunt.

NOTATIO: actione mentis, oris & manuum quasi circum plectenda, seu nectenda & obuoluenda; amplecti namque ex am, id est, circum, & plecti, nectere, iunctum verbum est, & propriè de rebus corporeis dicitur, & ad animū transfertur elegantè, id est ad actiones vel mentis, vel voluntatis, vel memoriæ, vel omnium simul. Plecti verò in hoc sensu nectendi, ductū est ex Græco πλέκω quod est necto, et cuius tertia persona præteriti pass. πῆπλεται, sit, πλεκτός. Vnde plecto, vel certe ut πύππο τυπώ, à τέκω τικτώ, à ῥέρω μέμνω, à κλέπω κλέπω, sic à πλέκω plecto pleonasticè τ τ'. Aliunde est plecto pro ferio, venit enim à πλάττω ferio percutio, ex quo item verbale πλάττω. Hinc plectere capite dicunt Latini.

P A  
vel sci  
mente

D  
Ampl  
vehem  
dam a  
ex not  
signat  
rumq  
solear

Sati  
mus, e  
tione  
stione  
admo  
in qua  
mnes  
quæst  
quibu  
busda  
niam  
crisp  
magis  
cer, le  
denda  
qui qu  
locos  
conio

PARTES enumerata: virtutes & literæ,  
vel scientiæ quæ sunt partes rerum vehe-  
menter expectandarum.

DEFINITIO. Vehementer amanda.  
Amplecti enim est vehementer amare, aut  
vehementi quodam amore seu ardore quo-  
dam appetere, idque per metaphoram, vt  
ex notatione liquet estque signum pro re  
signata cum amplexus ipse in personis ple-  
rumque signum vehementis amoris esse  
soleat.

Satis, opinor, exemplorum suppeditavi-  
mus, ex quibus omnes intelligant qua ra-  
tione argumenta inuestiganda sint ad que-  
stiones explicandas. Verum illud hoc loco  
admonendum est, cum nulla disputatio sit,  
in quam non aliquis locus incurrat: & om-  
nes fere loci aliquando in vnam incidat  
questionem, vt in proposita cerni potest:  
quibusdam tamen questionibus alios, qui-  
busdam alios esse aptiores locos. Et quo-  
niam questionum genera paulo ante des-  
cripsimus, qui loci ad quasque questiones  
magis accommodati sint ex Aristot. & Ci-  
cer. sententia in Topicis, deinceps est vi-  
dendum: vt cognito genere questionis,  
qui que sciat ad quæ argumenta, quosve  
locos potissimum confugere debeat. Ad  
coniecturam igitur, vt Cicero in Topicis 87.

c. Cic. in  
Topicis.

confirmat, maximè apta sunt argumenta, quæ ex causis, quæ ex effectis, quæ ex coniunctis, id est, adiunctis (quibus, quæ vocantur communiter accidentia, continentur) sumi possunt. His adde quæ sumuntur ex testimoniorum loco, ut idem aperte indicat in posteriori libro de inuentione. Ad definitionem autem pertinet ratio, & scientia definiendi, id est, præcepta, & leges, quæ de rectè definiendo à Dialecticis traduntur. Loci porro ex quibus argumenta promantur, ad quaestionem definitionis vel confirmandam, vel refellendam, illi sunt, quæ in præceptis tractandæ forensis definitionis M. Tullius recenset in partitionibus. Qui sunt, quatum ex eius exemplis, & verbis colligere possumus, loci maiorum, adiunctorum, testimoniorum contrariorum, notationis, & similia. Exempla verò, quæ adiecit ibidem, omnia ex effectorum loco sumuntur, ut exempli definitio declarata, quæ est apud Fab. lib. 5. cap. 11. Quamvis enim exempla similitudine saepe aut dissimilitudine, aut contrario, aut comparatione maiorum vel minorum tractentur, idcirco ad eos locos saepe pertineant: tamen interdum nullam cõtentionem habent, sed simpliciter ponuntur ad faciendam fidem, vel ad augendum, & sunt propria loci effectorum

d Sect. 46.

e Ut ab  
Ari. lib.  
7. 1. opic.

f Cicer. in  
parti. 124.  
cum sequē  
tibus.

etorum  
est illu  
pellato  
conu  
à Cice  
tes, ant  
tiam d  
tur ex  
illa se  
aut si h  
tecedit  
repugn  
lia cau  
lud eff  
quo qu  
ri potes  
plectar  
loco ve  
propon  
libro, a  
in 6. l b  
arque a  
picorum  
probet  
non cor  
aliis ip  
niam qu  
contine  
mnes p

etorum. Quaestioni definitionis subiectum est illud genus, quod de eodem, & alio appellatur, vt supra diximus, proinde loci qui conueniant in eius generis quaestione hinc à Cicer. in Topicis expl. canter, consequentes, antecedentes repugnantes, adiunctis etiam duobus iis propemodum, qui sumuntur ex causis, & effectis. Nam si hanc rem illa sequitur, hanc autem non sequitur, aut si huic rei illa antecedit, huic non antecedit, aut si huic rei repugnat, illi non repugnat: aut si huius rei haec, illius alia causa est: aut si ex alio hoc, ex alio illud effectum est ex quouis horum id, de quo quaeritur idemne sit, an aliud inueniri potest. Denique vt paucis multa complectar, omnes loci definitionis, siue capita loco vno definitionis comprehensa quae proponuntur ab Aristot. in 7. Topicorum libro, ad confirmandam definitionem, & in 6. libro, ad refellendam, huc pertinent: atque adeo loci generis omnes in lib. 4. Topicorum toto ab eodem expositi, quibus probetur genus alicui rei conuenire, aut non conuenire, cum definitio ex genere cum aliis ipsum contrahentibus constat. Et quoniam quaestiones proprietatis hoc genere contineri supra demonstrauimus, loci omnes proprie ab eodem Aristotele traditi, ad finem.

g. lib. 5.  
Top. pra-  
ferum à  
ca. 3. vsque  
ad finem.

h Vt Top.  
89.

i Top. 69.

k Lib. 3.

l op.

quibus probetur proprium alicui rei con-  
tenire, aut non cōuenire, huc etiā erūt re-  
ferendi. Ad tertium genus quæstionis, in  
quo quale sit quæritur, in comparationem,  
id est, in quæstionem comparatam ea ca-  
dunt, vt Cicero affirmat<sup>h</sup> in Top. quæ ab  
eo ip̄s comparationis loco enumerata sunt  
in<sup>i</sup> eodem libro & ab Aristot. in Top.<sup>k</sup> co-  
piosius exposita. In id autem genus, in quo  
simpliciter quale quid sit exquiritur, adhi-  
bentur ea potissimum, quæ adiutorum  
loco, vel comparatorum, vt similitū, diffi-  
milium, maiorum, minorum, parium, cō-  
tinentur: & loci accidentis, saltem cōplu-  
res, quos Philosophus enumerat in 2. To-  
picorum lib. in quibus illi sunt fere, quos  
modo recensui, & locus coniugatorum, &  
causarum, & contrariorum locus, aliique,  
quos ille locos, vt solet, nos cū aliis etiam  
capita, vel axiomata vocamus. cum proxi-  
mē superiores, quos his permiscet, non  
capita, aut maxima, sed loci potius, capitū  
sunt: qui propterea dicuntur loci differentiæ  
maximarum. Ex his perspicitur ad quos  
locos ei præcipuē confugiendum esset, qui  
quæstionem à nobis initio propositam tra-  
ctandam susciperet. Quod si forte aut nul-  
læ rationes, aut non satis firmæ, atque vbe-  
res occurrerent, ei præsertim, qui vel non-  
dum

dum a  
quære  
leriter  
rerum  
quæ p  
magi  
pro ne  
quæ a  
riend  
cipua  
de qu  
reliqu  
tura i  
descri  
firmis  
non p  
iuuetu



rum  
videt  
iusmo  
enim  
gitim

dum argumentorum locos nouit, vel ita quærēt, vt indicauimus, ne sic quidem celeriter se optimæ rationes offerrent, cum rerum ipsarum causas, & effecta, & cætera, quæ paulo ante recensuimus, vel ignoret magna saltem ex parte, vel certe in promptu non habeat: quod omnium meminisse, quæ audiendo, legendo, cogitando, & experiendo didicerit nemo possit: legat is præcipua quædam in probatis authoribus qui de quo agere instituerit, posteritati scripta reliquerit: eaque quæ sibi maximè profutura iudicabit, non multa tamen, selecta describat. Sic enim fiet, vt inde & rationes firmissimas, & alia non pauca eruat, quibus non patum ad perficiendum institutum adiuuetur.

*De tractatione argumentorum.*

*C A P. I I I I.*



VONIAM fatis ostendisse videtur quemadmodum rationes, & argumēta inueniri oporteret: quique loci, quibus quæstionum generibus magis apti essent: cōsequi videtur, vt doceamus quam ratione huiusmodi argumenta tractari conueniat. Si enim orator rationē ignoret peritè, & legitime ad quæstionem argumenta accom-

modandi, eam ipsam quaestionem, quam sibi proposuit explicandam, explicare nunquam poterit, nec orationem recte ullam componere. Atque haec quidem accommodatio legitima rationis, & argumenti una voce argumentatio nuncupatur. Et quonia de hac accuratius alibi disputandum est: tantum hic breuiter libet illius definitionem, & genera cum exemplis, & varietate breuius ad extremum perstringere. Argumentationem igitur Cicero in partitionibus definiuit, argumenti explicationem. Explicationis autem nomine intellige firmam, & illustrem, & ut paulo ante dixi, legitimam argumenti cum tota quaestione, vel cum partibus quaestionis collocationem, unde quaestio ipsa concluditur, ut si de quaestione primo capite proposita in alteram partem velis differere, primum quaerenda est ratio una vel plures, quemadmodum supra praescripsimus, ponamus nunc exempla, & breuitatis causa hanc unam ad confirmandum ex adiunctorum loco depromptam: Quod honesta sint. Argumentum quidem est, honesta, sed qua vim id habeat non perspicitur nisi ad quaestionem legitime accommodetur: primum quidem cum attributo quaestionis, hoc modo: Honesti quae sunt, amplecti decet. Deinde

Argumen-  
tatio quid  
sit.

cum  
dia l  
ditur  
rarum  
fatis  
tum  
re nar  
m ita  
posse  
tellect  
go st  
ft ad  
ampl  
Me  
tionu  
tores  
dam  
quean  
mem  
enim  
tibus  
Ac  
etiam  
tudine  
definit  
de inue  
probab  
& per s  
firmet.

cum subiecto eiusdē hoc pacto: Atqui studia literarum sunt honesta, vnde concluditur quæstio ad hunc modum: ergo literarum studia sunt amplectenda. Quāquam satis plerumque est cum alterutra parte tantum quæstionis in antecedente coniungere rationem, vt fiat enthymema, prætermittā nimirum summionū altera, vel propositione, vel assumptione, vel utriusque intellecta. sic: Honesti sunt amplectenda: ergo studia literarū sunt amplectenda. Item: studia literarum sunt honesta: sunt igitur amplectenda.

Multi enim, & varia sunt argumentationum genera, præsertim apud Rhetores: quæ tamen præcipuis quibusdam generum<sup>a</sup> summis comprehendiqueant: quæ sunt, Syllogismus, Enthymema, Inductio, & Exemplum. His enim ceteras omnes contineri ex sequentibus intelligitur.

Ac ratiocinatio quidem, quæ recepta etiam communi philosophorum consuetudine voce græca syllogismus dici solet, definitur ab Aristotele & à Cicero in prioribus de inuentione<sup>a</sup> libro: Oratio ex ipsa re probabile aliquid eliciens, quod expositū, & per se cognitum sua se vi, & ratione confirmet. Oratio dicitur quoniam ex tribus

Genera  
argumen-  
tationum  
varia.  
a De quibus  
Aristo.  
libr. 2. de  
prior. An-  
alyt. &  
libr. 1. Top.  
& libr. ad  
Theod.  
Syllogis-  
mus pri-  
ma princi-  
palis argu-  
mentatio.  
a Cic. de  
inuent. 57.

semper verbis, seu terminis constat, quorum apta inter se connexio constituit orationem, quæ sane connexio non potest fieri, nisi probabile aliquid ex re ipsa eliciat? id est, nisi argumentum, & ratio quæ probetur aut omnibus, aut sapientibus, atque his, vel omnibus, vel plurimis, vel maximè ipsetatis, eruatur ex ipsa questione, hoc est, ex parte subiecta, vel attributa quæstionis ad eam probandam, & explicandam. Quomodo autem eruantur argumentum ex partibus quæstionis, atq; adeo ex singulis vtriusque partis vocibus, capite superiori copiosissimè demonstratum est. Sed argumentum hinc erutum (quod medium vocat Aristoteles, estque tertius ratiocinationis terminus, cū reliqui duo in quæstione sint) cuiusmodi esse debet, vt sit per se notum, & notius ipsa quæstione, ac probabilius vt intelligere licet ex partitionibus oratoris b Cic. in partit. 46. M. Tullij. Quod idem Aristot. confirmat in lib. primo, post cap. 21. Valde autem erit notum, & probabile, quod sua se vi & ratione confirmabit: id est, quod tam firmum, & validum erit, vt robur quasi naturium, quo confirmare rem propositam vel refellere valeat, ratio quædam sit indita ipsi, qua roboretur, & muniatur, nec alterius indigeat præsidij, siue alterius rationi

tion  
quò  
nec  
se qu  
ma  
per  
rebi  
apre  
iung  
adin  
men  
non  
adm  
vel t  
iuga  
ri, q  
lo pl  
finit  
cta r  
tim  
nis o  
tiffic  
ergo  
bern  
effec  
depr  
fectu  
ne, v  
hoc

tionis auxiliij ad rem conficiendam. Non quòd alia id ratione probari non possit, si necesse foret, sed quod ex argumentis, quæ se quærentibus ex locis offerunt, firmissima quæque sint eligenda. Porro hæc vis per se noti, & probabilis argumenti apparebit, cum exponetur, & declarabitur illo aptè, & legitimè connectendo, atque coniungendo cum partibus quæstionis, quemadmodum in declaranda definitione argumentationis paulo ante expositum est. Sic non cognoscitur vis magnetis nisi ferro admoueat, nec vis electri, nisi annulo, vel stipula, vel festuæ attrahendæ ritè coniugatur: nec secandi vis in gladio, vel securi, quæ rei sectili non applicetur. Hæc paulo pluribus ad intelligendam Ciceron. definitionem, quæ videbatur obscurior, dicta reprehendi non debent: cum præsertim ratiocinatio forma sit argumentationis omnium perfectissima, atque absolutissima. Nunc exempla subiiciamus. Si ergo mundum consilio, & providentia gubernari velis ostendere, argumentum ex effectorum loco, & ex attributo quæstionis depromptum, (optime gubernari) qui effectus est providentiæ nuda ratiocinatione, ut dialecticis mos est in disputando, hoc modo tractabis.

*Quod optimè regitur, consilio, & providentia regitur.*

*Mundus autem optimè regitur.*

*Mundus ergo providentia regitur.*

a Propositio siue maior.

b Approbatio propositionis ex enumeratione

partium per inductionem: in cuius extremo intelligitur clausula illa generalis quæ in hoc genere usurpari solet.

c Assumptio, siue minor.

d Assumptionis approbatio ex effectibus optimæ gubernationis.

S E D si copiosius & ornatius Oratorum more rem eandem cõcludere libeat, vendum erit expolita ratiocinatione, vel quinque partita, vel quadripartita, subiecta vtrique summationi vel alterutri approbatione: de qua præcipit fuse & eruditè Cicero in priori libro de inventione à pag. 221. ad paginam 231. Sed videamus quomodo ratiocinatione quinque partium superiorem Syllogismum ille idem pag. 222. tractet. <sup>a</sup> Melius accurantur quæ consilio geruntur, quàm quæ sine consilio administrantur<sup>b</sup>. Domus ea quæ ratione regitur, omnibus instructior est rebus & apparatus, quàm ea quæ temerè & nullo consilio administratur Exercitus is, cui præpositus est sapiens, & callidus Imperator: omnibus partibus commodius regitur, quàm qui stultitia & temeritate alicuius administratur. Eadem nauigij ratio est. Nam nauis optimè cursum conficit ea quæ scientissimo gubernatore vitur<sup>c</sup>. Nihil autè omnium rerum melius: quàm omnis mundus administratur<sup>d</sup>. Nã & signorum ortus, & obitus

d. finit

defi  
ann  
ex  
ver  
funt  
vi  
quid  
mi  
ram  
mun  
ne &  
geru  
conf  
rerur  
mini  
nistr  
& ap  
perip  
20.21  
P E  
tor ad  
140. n  
gism  
partit  
Cicer  
lib. de  
ratio  
ceter  
confi

definitum quendam ordinem seruant: & annuæ cōmutationes, non modo quadam ex necessitate semper eodem modo fiunt: verum ad vtilitates quoque rerū omnium sunt accommodata, & diurnæ, nocturnæq; vicissitudines nulla in re vnquam mutata: quicquam nocuerunt: Quæ signo sunt omnia non mediocri quodam cōsilio naturam mundi administrari<sup>e</sup>. Cōsilio igitur mundus administratur. Vel sic, propositione & assumptione repetita. Quod si melius geruntur ea, quæ cōsilio, quam quæ sine cōsilio administrantur, nihil autē omnium rerum melius, quam omnis mundus administratur, cōsilio igitur mundus administratur: plura ibidem exempla reperies, & apud Aristotelem non pauca eaq; satis perspicua in lib. 1. posterior. cap. 18. & cap. 20. 21. & c.

e Cōple-  
xio siue  
conclusio.

PER Enumerationem quoque, quam au- Enumera-  
tor ad Herennium expeditionē vocat pag. tio & sub-  
140. nudus aliquo modo expolitur Syll- iectio pro-  
gismus is præsertim, qui ex enumeratione ximè reuo-  
partium conficitur. Vnde & hoc nomen ei cantur ad  
Cicero tribuit, eamque definit in prior inductio-  
lib. de inuent. pag. 213. hoc modo. Enume- nem pro-  
ratio est in qua pluribus rebus expositis & inde me-  
cæteris infirmatis, vna reliqua necessario subicien-  
confirmatur hoc pacto: Quoniam habes tur.

istum equum aut emeris oportet, aut hereditate possideas, aut munere acceperis, aut domi tibi natus sit, aut ex hostibus captus: aut si horum nihil est, surripueris necesse est: sed neque emisti, neque hereditate venit, neque donatus est, neque dominatus est, neque ex hostibus captus, necesse est ergo surripueris. Vide Cic. in lib. de inuentione pag. 238. Aut rationibus compluribus enumeratis, omnibusque sublatis, id quod inde efficiendum est etiam tollitur, ut indicat exemplum Ciceronis minime congruens eius definitioni, quod est in priori lib. de inuent. pag. 214. huiusmodi necesse est aut inimicitiarum causa ab hoc esse occisum, aut metus aut spei, aut alicuius amici gratia: aut si horum nihil est ab hoc non esse occisum, nam sine causa maleficium susceptum esse non potest. Sed neque inimicitiae fuerunt, nec metus ullus, nec spes ex morte illius alicuius commodi, neque ad amicum huius aliquem mors eius pertinebat. Relinquitur igitur ut ab hoc non sit occisus: reprehenditur argumentatio qua pars necessaria probetur omissa.

Subiectio.

SED SVBIECTIO, quae ut expeditio & ratio cinatio expolita ad Syllogismum nudum reuocatur, cumque potissimum expolita etiam qui constat ex Enumeratione partiali

par  
nāq  
ter  
qu  
De  
ter,  
mē  
rio,  
pec  
reli  
tas a  
à ne  
miū  
mod  
gran  
tion  
vide  
vnde  
preh  
prat  
enun  
hac  
S  
reuo  
syll  
hoc  
indu  
amū  
dufr  
-aliu

partiū ornatior est expeditione. Subiectio  
 nāque est, vt est in 4. ad Heren. p. 132. cū in-  
 terrogamus aduersarios, aut quærimus ipsi  
 quid ab illis, aut quid cōtra nos dici possit.  
 Deinde subiicimus id quod subiici oportet,  
 aut quod nō oportet, aut nobis adiu-  
 mēto futurū sit, aut offuturū illis è cōtra-  
 rio, hoc modo: Quæro igitur vnde iste tē  
 pecuniosus factus sit. Amplū patrimonium  
 relictū est? at patris, bona venierūt. hæredi-  
 tas aliqua obuenit? non potest dici: sed etiā  
 à necessariis omnib⁹ exhæredatus est. præ-  
 miū aliquod ex lite, aut iudicio cœpit? nō  
 modo id non fecit, sed etiam insuper ipse  
 grandi sponione victus est. Ergo si hīs ra-  
 tionibus locupletatus nō est, sicuti omnes  
 videtis, aut isti domi nascitur aurum: aut  
 vnde licitū non est pecunias accepit. Re-  
 prehenditur & hæc argumentatio si aut  
 prætermisum aliquid ostendatur, aut ex  
 enumeratis aliquid infirmetur. Quid autē  
 hæc à superiore discrepet alibi ostēdemus.

SORTITES qui ad Syllogismum quoq; Sorites.)  
 reuocari debet, est veluti aceruus plurium  
 syllogismorum huius generis exemplum  
 hoc sit per gradus causarum: Aphricano  
 industria virtutem, virtus gloriam, gloria  
 æmulo comparauit: igitur Aphricano in-  
 dustria æmulo comparauit.

Sequi-

Enthymema  
 ma secun-  
 da princi-  
 palis argu-  
 mentatio.  
 a Aristot.  
 li. 2. prio.  
 capit. 24.  
 vel, ut alij  
 distingūt,  
 cap. 22.

SEQUITUR Enthymema, quod Aristot. in 2.<sup>o</sup> libro priorum imperfectum Syllogismum vocat, in quo nimirum alterutra assumptionum reticetur: quā si suppleas, perfectum effeceris in aliqua figura Syllogismum. Vt, virtus laudabiles, & perfectos efficit possessores suos. Virtus igitur nobis est diligenter comparanda: hāc propositio desideratur. In hoc assumptio: id quod laudabiles efficit eos, in quibus est, eōsq; perfacit. Studiosè persequendū est. Quod cum ita sit, virtuti comparandæ operam diligentem nauare debemus. Additum pronuntiatum, quod de erat, argumentationis, vel veritatem, vel falsitatem patefaciet.

Collectio. EXPOLIRI solet Enthymema nudi eo genere argumentandi quod à recentioribus collectio nominatur & tractatur à Authore ad Herennium in lib. 2. pag. 52. & deinceps. Hæc argumentatio si perfectissima sit, quinque partibus absolvitur propositione (quam eandem idem Author pag. 55. & sequentibus & in lib. 2. pag. 64. expositionem vocat) qua breuiter proponitur quod probandum est: ratione, quæ est propositæ approbatio: rationis confirmatione, quæ vno vel pluribus argumentis corroborat breuiter expositam rationem, exornatione, qua vtitur rei honestandæ & colle-

collocupletandæ causa confirmata argumentatione: Complexione, quæ concludit breuiter colligens partes argumentationis. Expoliamus igitur propositum Enthymema paulò ante propositum, per collectionem exempli tantum causa breuiter: nam alia in artificio librorum Ciceronis à nobis exposito poterunt exempla reperiri. Nihil est, in quo plus operæ, (studij, laboris homines in vita collocare cõueniat, quàm in vna virtute comparada<sup>b</sup>. Hæc enim verè laudabiles eos efficit, in quorum animis domicilium & sedem habet, eosdẽmque perfectos atque absolutos reddit<sup>c</sup>. Quis enim iure non eos laudet qui prudentia illustres quæ recta quæque praua sunt perspicientes, hæc fugiant illa sequantur? Quis non singulari præconio dignos putet eos, qui iustitiam studiosissimè colentes, cuique suum tribuant? Qui fortitudinem constantes res humanas non magni pendant, aduersi magno fortique animo perpetuant? Qui studiosi temperantiæ in cohibendis cupiditatibus prauis laborariter elaborant? Ergo si vera sinceraque laus à virtute proficiscitur ad eam certè adipiscendam nos omnino niti decet, cū præsertim virtus in homine sit naturæ humane abolutio. <sup>e</sup> Nam vt oculorum virtus est visus non.

<sup>a</sup> Propositio, iuæ expositio.

<sup>b</sup> Ratio expositio- nis ex effectis.

<sup>c</sup> Confirmatio rationis enumeratione partium.

<sup>d</sup> Conclusio superiorum ante exornationem: quæ tamen potest & solet præmitti: præsertim si in extremo loco ponatur: vel nisi arguendi varietas id efficiat.

<sup>e</sup> Exornatio à simili, & à mi-

li, & à mi-

li, & à mi-

li, & à mi-

li, & à mi-

acumen, quod ipsum absolutio est o

- rum naturæ: virtus aurium est auditus acer, qui quidem aurium naturæ est perfectio: pedum virtus habetur velocita, quæ maxima ipsorum vis ac laus est: sic virtus animi, qua utique probe affectus est, animus ipsum planè perficit & absolut. Quod si ea quæ robustum corpus & valens efficiunt, quibus etiam naturalis eius forma conseruetur, tam vehementer homines conlectantur, quid? Animi singularis medicina virtus negligetur, eiicietur, exterminabitur? <sup>f</sup> Si igitur laudandi sunt, merito, qui virtute præditi naturæ suæ perfectionem assequuntur: nullum certè lapidè non mouere debemus, vt illam quæ tantum boni præstat possimus adipisci

f. Complexio cū repetitione duplicis rationis.

Sūmissio.

S V B M I S S I O item vt collectio ad Enthymema refertur, quā is qui scrip sit Rhetoricæ ad Herenn. ratiocinationem vocat in l. b. 4. pag. 123. quod sit rationum interiecta interrogacione connexio, quæ vt plura Enthymemata hic soleant conlecti. Exemplum tale est: maiores nostrum quam vnus peccati mulierem damnabant simplici iudicio multorum maleficiorū et inctam putabant. Quo pacto? quoniam et impudicā iudicauit, eam beneficij quoque damnatam existimabant. Quid ita? Quæ

necc

neceſſe eſt eam, quæ ſuum corpus addixe-  
rit turpiſſimæ cupiditati, timere permul-  
tos: Quos iſto: virum, parentes, cæteros,  
ad quos videt ſui dedecoris infamiam per-  
tinere.

**COMPLEXIO** itidem, quod **Dilemma** Dilemma  
dicitur à græcis, eodem referri debet, cum  
geminum quoddam Enthymema eſſe con-  
ſtet, hoc de genere ita Cic. in lib. priori de  
inventione pag. 213. Complexio eſt, in qua  
vtrum conceſſeris, reprehenditur ad hunc  
modum: ſi improbus eſt, cur vteris? ſi pro-  
bus, cur accuſas?

**SIMPLEX** conſuſio ex neceſſaria cõ- Simplex  
concluſio.  
ſecutione conficitur hoc modo. Si vos me  
iſtud feciſſe dicitis, ego autem eõ ipſo tem-  
pore trans mare fui: relinquitur vt id quod  
dicitis, non modo non fecerim, ſed ne po-  
tuerim quidem facere. Sic M. A. in lib. I. de  
inuent. pag. 214.

**OPPOSITIO** Enthymemati quoque Oppoſitio.  
ſubiecta, eſt argumentatio ex repugnantibus  
conſtans: in qua ex oppoſito propoſi-  
tionis ad ipſam propoſitionem reuertitur  
hoc modo: ſi eo tempore, quo hunc homi-  
nem in provincia occiſum dicitis, Romæ  
fui, relinquitur à me occiſum nõ eſſe: nam  
ſi eo tempore, quo occiſum hunc dicitis in  
provincia fuiſſem, à me occiſum ſuſpicari

poteratis, nūc autem quoniam eo tempore in prouincia non fuerim, non est curā me interfectum hominem suspicemini.

Violatio.

**VIOLATIO** (quam Cicero in priori lib. de inuent. pag. 237. cōuersionem vocat) est concludēdi modus ad refellendū quādam ad probandum aptior: in quo ex aduersariorum ratione, non id quod ipsi volūt, sed quod nobiscū facit, sequi demonstramus, vt, cum **CHRISTVS** ieiunauerit, abstinendum nobis est à ieiunio: imo quia **CHRISTVS** ieiunauit, nobis est amplectendum ieiunium. Omnis enim **CHRISTVS** actio, nostra est instructio, nā, vt scriptura testatur, Qui manet in **CHRISTO**, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare.

Inductio  
tertia prin-  
cipalis ar-  
gumenta-  
tio.

a De hac  
vide Ari-  
stotelem  
li. 2. prior.  
Analys. c.  
18. & lib. 1.  
Topi. c. 10.

**TERTIVM** genus argumentandi principium est <sup>a</sup> Inductio: quæ à rebus singulis, vel angustius patentibus, ad vniuersas, vel latius patentes progreditur. Vt, Petrus est animal, & Paulus, & Iacobus, & cæteri homines eodem modo: Omnes igitur homines sunt animalia. Item nec Cæsar aurum, nec vires Achilli, nec Demosteni eloquentia, nec Alexandro gloria, felicitatem afferre potuerunt: sic res habet in cæteris rebus caducis: Nemo igitur est, qui de rebus cum tempore labentibus fœlix vquam-

quam esse possit. Oratores tractant vberius inductionem, in qua plerunque clausulam illam generalem (& sic de cæteris) ut eius vim habentem non exprimunt, cum facile intelligatur. Possent etiam enumeratio, & subiectio huc reuocari: sed hæc ipsa inductio ad Syllogismum reuocatur. Expolietur autem inductio, si singulæ partes eius copiose & ornatè tractabuntur.

EXEMPLVM<sup>a</sup> restat quod est inductio imperfecta, vel inductio Rhetorica: proinde sic potest defini, argumentandi ratio quædam, in qua vnum ex altero, vel ex pluribus propter mutuum quendam consensum, & similitudinem, quæ in illis reperitur inductionis propemodum forma probatur. Vt si fidem hostibus seruandam esse ex eo probes, quod M. Attilius Regulus vitam amittere, quam fidem hosti datam fallere maluerit. Item, non sibi consulerent vectores, qui gubernatores sorte deligerent ergo non sibi consulet respublica, quæ sorte creauerit magistratus. Item, si in manu, in brachio, in pede, aliisque corporis partibus acceptum insanabile vulnus esse reciditur, ne pars sincera trahatur: debet & in capite plaga insanabilis eodem curari modo. Hioc apparet eam inductionem, de qua Cicero in priori lib. de

Exemplum

quarta ar-

gumetatio<sup>o</sup>

principalis.

<sup>a</sup> De hoc

vide Ari-

stotelis lib.

2. prior. A-

nalyf. c. 19.

<sup>b</sup> Cic. 1. de

inventione.

si.

c Aristot. li. i. prioris analy c. 18. ne differuit ad exemplū esse reuocandam; cum hoc tamen ad Syllogismum debeat reuocari, vt <sup>c</sup> Aristoteles innuit.

De varietate argumentandi. a Cic. i. de inuēt. 76.

VARIARE autem orationem argumentando magnopere oportebit. Nam <sup>a</sup> omnibus in rebus similitudo est sitietatis mater. Id fieri poterit, eodem authore, si non similiter semper ingrediamur in argumentationem. Nam primum omnium generibus ipsis distinguere conuenit orationem: hoc est tum inductione uti, tum ratiocinatione, vel alio quopiam genere argumentandi. Deinde in ipsa argumentatione non semper à propositione incipere, nec semper quinque partibus abuti, neque eadē ratione expolire partes: sed tum ab assumptione incipere licet, tum ab approbatione alterutra, tum utraque, tum hoc, tum illo genere <sup>b</sup> complexione uti: & si aperta sit conclusio, eam interdum prætermittere. Est etiam illa varietas in argumentando, & non iniacūda distinctio, quam perstrinxit Cicero in <sup>c</sup> partitionibus: vt cum interrogamus nosmetipsos, aut percontamur, aut optamus, quæ sunt cum aliis compluribus sententiarum ornamenta. Ac de argumentatione quidem satis in præsentia nobis dictum videtur.

b Vide Cic. lib. i. de inuent. 79. Nā aut ita complectemur &c.

c Cic. in Partit. 47.

Quid

*Quid inuenietis argumentis ad quaestio-  
nem explicandam selectis facien-  
dum Oratori ante confirmationis  
compositionem.*

C A P. V.



NVENTIS autem rationibus ad id, quod quaeritur probandum aptis, & selectis, cogitet hic orator non ignarus argumenta tractandi, id quod dicturus, aut scripturus est vna ratiocinatione complecti, vel pluribus etiam, si res id postulare videatur, siue partem quaestionis affirmantem, seu negantem sibi ad tractandum sumat. Id paruo negotio conficere poterit, qui hac via ingreditur. Collocet in primis in medio paginae, vel animo fictae, vel reipsa ante oculos positae vtramlibet superioris quaestionis partem; ponamus exempli causa, nunc affirmantem, hoc modo.

*Literarum studia sunt amplectenda.*

Deinde vnam, aut alteram rationem, vel etiam plures huic subiiciat, hoc pacto:

*Nam literis animus hominis ad id quod optimum est excolitur.*

*Quia literarum exercitatio est honesta.*

D. iiii.

Quid

*Quia litera sunt hominum generi utiles, ac necessaria.*

His rationibus ita quæstioni subiectis quarum prima ex effectis, secunda, & tertia ex adiunctis deprompta est, facile ratiocinatio simplex, & nuda cõficietur, quæ summam totius orationis comprehendat, hoc modo.

*Ea, quibus ad id, quod optimũ est animus excolitur, quæque honesta sunt, necnon utilia, & necessaria mortalium generi, sunt amplectenda.*

*At studia literarum sunt eiusmodi.*

*Ergo studia literarũ sunt amplectẽda.*

In complexione ratiocinationis huius cernere licet affirmantem quæstionis partem paulò ante ad disputandam propositam, quod nobis documento esse debet, idẽ aliis quoque in quæstionibus oportere seruari.

Sed quoniam hĩc sunt syllogismi plures propter multiplices rationes in vnum cõglobari: & in cursu orationis singulę rationes sunt separatim tractandæ: si ratiocinationibus id commodẽ fieri poterit, ne prætereatur. Id quidem præstare hoc loco difficile non erit. Proinde syllogismi tres cõficiendi

ficie  
poli  
dem  
dein

Qu  
m  
su  
Lite  
qu  
Ergo

Exer  
ete  
Lite  
Igitu  
ete

Quo  
cess  
Lite  
gen  
Qua  
ple  
Po

ficiendi erunt ex singulis argumentis pro-  
 positis: quorum complexio semper erit ea-  
 dem propositum thema complectens: qui  
 deinceps erunt hoc ordine digerendi.

## I.

*Quaecumque animi ad id, quod opti-  
 mum est, excolunt, ac preparant, ea  
 sunt amplectenda.*

*Literarum studia, & bonae artes ad id,  
 quod optimum est animum excolunt.  
 Ergo literarum studia sunt amplectenda.*

## II.

*Exercitationes honestae sunt ample-  
 ctendae.*

*Literarum studia sunt eiusmodi.*

*Igitur literarum studia sunt ample-  
 ctenda.*

## III.

*Quod est hominum generi utile, ac ne-  
 cessarium, idem quoque est amplectendum.*

*Literarum studia sunt utilia hominum  
 generi, & necessaria.*

*Quamobrem studia literarum sunt am-  
 plectenda.*

POSTquam singulis argumentatio-

nibus, argumenta singula hoc modo distincta fuerint: quarundam rationes erit ea via, quã ante tradidimus, quibus ipsæ sumptiones, quæcunque approbationis indigebunt, approbentur, & aliæ similiter quibus ipsæ rationes conformentur, vt in collectione fieri solet: Nam singulæ summptione cum per se quæstionem licet minimè præcipuam efficiant, eadem profus ratione inueniendi ratio ad eas comprobanda quæ ad quæstionem principalem explicandam singulis earum vocibus eodem modo discutiendis, seruanda est: quod idem ipsarum approbationibus contingit, vt patet, & manifestius patebit diligenter intuentibus. Sed ad rem locupletandam, & rerum varietate distinguendam orationem, similia, dissimilia, apophtegmata, sententiæ, & exempla ad rem accommodata, id est, quæ vocibus in quæstione seu themate, necnon in vnoquoque thematis argumento, vel partibus omnium rationationum propositarum positæ respondeant, vel repugnent, vndique colligantur. Atque his partibus in exornationibus collectionum locus erit cum ex his illæ consentiant, atque adeo ex omnibus comparationum & contentione generibus. Sententiarum copiam suppeditabit is liber, qui Polyanthea inscribitur.

liber  
datus  
rum  
sentent  
Luit  
stinct  
plect  
docto  
Simili  
sint, p  
mè  
rica  
conue  
das cõ  
propo  
aliæ cõ  
occur  
cognõ  
torum  
dne, c  
chi. A  
plenus  
volun  
sunt,  
pla vir  
tores  
Marul  
tatem  
gantia

liber sententiarum in folio Lugduni mandatus typis: volumen græcarum sententiarum Ioanne Stobæo autore: liber quidam sententiarum, & exemplorum, à quodam Luitano compositus, & in duos tomos distinctus: libellus M. Tullij sententias complectens: Denique liber is quo sententiæ doctorum ecclesiæ & flores continentur. Similia, & dissimilia quomodo inuenienda sint, præter autorem ad Herênium doctissimè Rodolphus ostendit, & nos in Rhetorica nostra breuiter ostendimus. Sed ea conuertenti animum ad eas res, quas mundus cõtinet vniuersus, atque ipsum ad rem propositam reflectenti, vel sua sponte, vt & aliæ comparationes, inter componendum occurrunt: & ei maximè qui rerum naturas cognouerit. Non tamen defuerunt, qui doctorum aliquot ecclesiasticorum similitudine, colegerint, & Ciceronis, & Plutarchi. Apophtegmatum verò liber quidam plenus est: plena sunt exemplorum multa volumina: ex quibus tamen hæc præcipua sunt, liber quidam, qui inscribitur exempla virtutum, & vitiorum, qui varios auctores continet, in quibus optimus est M. Marulus Spalatensis cum propter breuitatem exemplorum, tum ob sermonis elegantiam. Huc etiam pertinet Officina

a Rodolp.  
li. 1. de in-  
uent. Dial.  
cap. 25.

Tex-

Textoris, necnon volumen quoddam in folio, instar cuiusdam Cornucopiae multiplici rerum genere, ac vario refertum, quod quidem, Theatrum vitæ humanæ inscribitur: idque est eligendum, quod nuperrimè Parisiis, & emendatum, & auctum maiori copia ferunt. Sed præstiterit ex ipsa lectione authorum copiam harum rerum omnium comparare: quibus uti potissimum in exornationibus collectionum, & aliis amplificationibus operabitur. Hic tamen illa cautio adhibenda est, ut ne nimis multa eiusmodi colligantur, cum pauca sufficere possint: & modus iis orationibus inserendis teneatur. Quanquam similitudinibus, & exemplis, ut & aliis comparationibus, abundantius uti licebit. Quod autem ad Christianos oratores, id est, ad concionatores attinet: hi præterea debent autoritates, et testimonia è sacris literis, Conciliis, & patribus eodem modo colligere: quibus non ornent modo, verum etiam maxime probent: in quibus principatum tenent divina testimonia, quæ & omnibus argumentorum generibus præstant, ut alibi diximus.

De  
Syl

**A**

præpo  
bus h  
aptior  
bus p  
da: cu  
sitione  
expoli  
ra, vel  
liquo  
nullum  
non po  
tationi  
suprà,  
poterit  
ficio p  
primat  
Sic eg  
re  
D  
opri  
omn

*De confirmatione componenda: ac de  
Syllogismi primi partibus tractādis.*

*CAP. VI.*



**M**ATERIA hoc modo comparata, aggrediendū erit ad confirmationis compositionem: nisi narratio propria quæstionis præponenda esset: qua in sacris concionibus historia Evangelica nulla videri debet aptior. Prima autem ratiocinatio ex tribus propositis, primo loco est constituenda: cuius sumptiones, id est, tum propositionem, tum assumptionem tractes, & expolias adhibita vel ratiocinatione altera, vel collectione, vel inductione, vel aliquo alio argumentationis genere: cum nullum sit, quod ratiocinationem ingredi non possit. Sed vnaquæque pars argumentationis paulò copiosius, & ornatius, quam supra, quæ ieiunè admodū expressæ sunt, poterunt proponi. Exempli causa, propositi primæ ratiocinationis hoc modo exprimitur.

*Sic ego sentio, auditores nihil esse in rerū natura quo animus ad id quod optimum est excolatur, quod non sit omni studio complectendum.*

Huic deinde ratio subiciatur: cui succedat confirmatio rationis: tum exornata postremo conclusio, quæ est extrema pars quinquepartitæ collectionis, vim ipsius propositionis alia verborum forma continens: nisi vel ratiocinatione, vel enthymemate, vel inductione, vel alia quapiam argumentandi specie vti malis. Nec enim lud ignorandum, aut silentio prætereundum est, quod maximè ad artificium spectat: nolum esse genus argumentationis, quod ingrediatur ratiocinationem: ne vel quidem ratiocinatione dempta. Nam ratiocinationis alterutrius, vel vtramque assumptionem, hoc est, tum propositionem, tum assumptionem rectè adhibita ratiocinatione alia, vel inductione, vel collectione, vel quouis alio argumentandi genere staueris: cum nulli tamen reliquarum omnium, ne collectioni quidem ratiocinationi, saltem paulo copiosior inseratur. Quis autem ratiocinationem collectioni admittat ad propositionis suæ, aut rationis, aut alicuius aliarum partium, ex his constat, approbationem: ceteræ autem argumentationes oratoricæ illi etiam ratiocinationi famulantur: ipsa verò est nulli: quam dignitatem habet cum ratiocinatione communem. Itaque propo-

nem  
nunc  
res,  
argu  
per  
Quo  
conf  
tion  
gum  
secu  
ratio  
hibe  
nes,  
tur.  
re co  
lias  
vti li  
ma  
teriu  
colle  
induc  
quan  
in te  
quod  
debe  
nibus  
nius  
C  
prob

nem collectionis, aut rationem nunc hæc, nunc illa argumentationis forma explicare, & expolire licet: nulla est autem species argumendi (vnam ratiocinationem semper excipio) cui seruire collectio cogatur. Quod si argumentis pluribus propositio confirmanda videbitur eiusdem ratiocinationis, primam collectionem, aut aliam argumentationem, si adhiberetur, excipere secunda poterit: atque ita deinceps, vt quot rationes ad propositionem probandam adhibebuntur, tot etiam rationum tractationes, hoc est, tot argumentationes adhibeantur. Quanquam necesse non erit continuare collectiones aut ratiocinationes, aut alias argumentationes quibus in principio vti libuerit: cum integrum cuique sit primæ argumentationi subiungere aliam alterius generis, qua alia ratio tractetur, vt collectioni subiicere ratiocinationem, vel inductionem, vel enthymema, vel aliam quamuis argumentationem: & huic rursus in tertia ratione tractanda, si qua sit aliam, quod vel varietatis causa interdum fieri debet. Sed ea quæ paulo post de sumptionibus approbandis dicemus, hæc ipsa plinius illustrabunt.

Cum propositio fuerit hoc pacto approbata, & duæ partes transferint quinque paritæ

partita ratiocinationis, ad assumptionem transeundum erit, hoc modo,

*Quid autē sit à Deo immortalibus mortalibus tributum ad animos excellendos aptius, & ad virtutem præcellendos potentius studio literarū atque doctrina?*

Huius assumptionis quarto in loco inducenda approbatio est, vel vna vel plures etiam, si sit opus: de quibus tractandis non aliud præcipiendum videtur, quam quod de approbationibus propositionis paulè ante traditum est. Quapropter eadem hæc transferri oportebit: Sed vnū illud est peculiare & proprium huius loci nõ prætereundū, quod instar sit præcepti generalis, quod in simili genere alibi sequamur, huius assumptionis rationes, quæ vel collectione, vel alia quapiam argumētandi forma explicētur, posse per comparationes simul tractari, quam forma ipsa sic expressæ assumptionis sua sponte subministrat.

Porro cum dixerimus propositionem, assumptionem pluribus argumētis approbari posse, vt facilius id efficiendi ratio iniri possit, idem præcipiendum de vtraque est, quod supra de principali quaestione præ-

pre  
pti  
rai  
ex  
mo  
gur  
eti  
dict  
non  
nio  
min  
rum  
ribus  
meli  
ratio  
tio se  
osten  
prim  
mode  
Que  
m  
Hu  
(plur  
subie  
post  
sit, hoc  
Quia  
stant.

precepimus: ut tum propositio, tum assumptio in medio paginæ constituantur: eisque rationes quotquot erunt ad eas explicandas excogitatae subiiciantur: ex quibus eodem modo, vel ratiocinationes alæ, vel aliæ argumentationum species conficiantur. Quod etsi adeo perspicuum est ex iis quæ adhuc dicta sunt, ut id exemplis illustrare necesse non sit, & hæc tam minuta diligentia ingeniosis, & exercitatis, aut ridicula fortè, aut minus necessaria videbitur: tamè in rudiorum gratiam, quibus in hac re quasi infantibus, omnia in nimia mansuetudine inserere melius est: in prima propositæ quaestionis ratiocinatione (nam eadem in reliquis ratio servanda erit) id quemadmodum fiat, ostendamus. Statuamus igitur in medio primæ ratiocinationis propositionem, hoc modo:

*Quæcumque animū ad id, quod optimū est excolūt, ea sunt amplectēda.*

Huic deinde rationes in præsentia duas (plures enim ei, ut etiā aliis, addere liceat) subiiciamus, quarum prior ex re subiecta, posterior ex partium enumeratione sumpta sit, hoc pacto.

*Quia animus hominis pars est præstantissima.*

Quia sic mentem, voluntatem, & memoria ad id quod optimum est excolunt. Ex his deinde ratiocinationes duæ hoc modo fieri possunt.

## I.

Ea, quibus excolitur ad id quod optimum est, pars præstantissima hominis, sunt amplectenda.

Sed animus hominis pars præstantissima est.

Quamobrem ea, quæ animum ad id quod optimum est, excolunt, sunt amplectenda.

## II.

Ea quæ mentem, voluntatē, & memoriā ad id quod optimum est, excolunt, sunt sequenda maxime.

Quæ autem animum excolunt ad id quod optimum est, ad idem quoque mentem, voluntatem, & memoriā excolunt.

Quæ propter ea, quæ animū ad id, quod optimum est, excolunt, sunt amplectenda.

De assumptione idem planè iudicandum est: quæ fuit eiusmodi:

*At literarum studia ad id quod optimum est, animum excolunt.*

Cui rationes totidem, quot propositioni, vel plures, prout res feret, subiicere integrum erit. Subiiciamus nunc, exempli causa, etiam duas ad hunc modum.

*Quia excolunt, & preparant animū virtuti.*

*Quia studium agricultura agrum colit, & preparat ad accipienda semina quæque optima, & hortum ad præstantissimos, suavissimosq; flores producendos.*

Ex his duas itidem ratiocinationes conflari oportebit in hunc modum:

L

*Quæ animum ad virtutem excolunt, ad id, quod optimum est, eum excolūt.*

*Atqui literarum studia id præstant.*

*Ergo studia literarum ad id, quod optimum est animum excolunt.*

I L

*Si agricultura studium agrum ad accipienda semina quæq; optima &*

*hortum ad prestantissimos, suavis-  
simosque flores producendos excolit  
ac preparat: studia literarum ad id,  
quod optimum est, animum excolit.  
Prius autem omnibus perspicuum est.  
Posterius igitur non debet in dubium  
vocari.*

Neque hic tamen, neque illic necessario  
ratiocinatione utemur: cum vel collectio-  
ne, vel enthymemate, vel alia quavis ar-  
gumentandi specie liceat uti. Quanquam  
ratio posterior cum ex loco similium sum-  
pta sit, in argumentatione expressa simili-  
tudinis nota frequentius exprimi solet.  
Porro quod in illarum sumptionum appro-  
bationibus subiiciendis rationibus, & ar-  
gumentationibus formandis servatum est,  
idem in harum quatuor sumptionibus ap-  
probandis, & in aliis item, quæ ex illarum  
rationibus orientur, servari posset. Verum  
in primis, aut ad summum in secundis, vel  
tertiis consistendum est, ne res in infinitum  
abeat, & confusio maxima pariatur: ex qua  
ne ipsum quidem Marc. Tullium, aut Ar-  
istotelem, si adesset, facile, & laudabiliter  
emergurum esse putem. Nos quoque ne tri-  
dendis præceptis sumus molesti, ne abes-  
sum

mus  
lior  
ph  
cap.  
duce  
simu  
code  
parat  
relig  
H  
argu  
de co  
Cic. in  
lib. de  
docen  
ita exp

Quo  
qu  
qu  
id  
est  
pli  
ex  
poss  
ged  
gen

mus longius: quin copiosiore, & sub-  
liorem de hac re disputationem ex Rodol-  
pho peti iubeamus. Nam quod is docet in  
cap. 11. lib. 1. de vna quaestione in plures di-  
ducenda, totum huc pertinet, estque utilis-  
simum lectu; sed illud maxime quod ab  
eodem traditur in lib. 3. cap. 5. de copia quae  
paratur argumentatione. Interim vero ad  
reliqua pergemus.

His demum ita constitutis concludere  
argumentationem oportebat, seruatis his, quae  
de complexionum generibus à M. Tullio  
Cic. in præceptis argumentationis in<sup>o</sup> priori  
lib. de inuentione traduntur. Verum planius a Cic. 1. de  
inuent. 73. docendi causa, & hanc partem separatim  
ita exprimamus.

*Quod si ea nullo modo repudianda:  
quin potius magni facienda sunt,  
quibus hominum mentes excultae,  
id quod optimū, & præstantissimum  
est assequatur: bonarum verò disci-  
plinarum vis ea est, ut inde tanquā  
ex perenni fonte tantū boni haurire  
possimus: non modo literas nō negli-  
gēdas arbitrōr: sed omni potius dili-  
gentia, labore, studio complectendas.*

*Quæ ratio in cæteris Syllogismis seruanda.*

C A P. VII.



PRIMA ratiocinatione ad hunc modum tractata, quæ vel diuidiam partem orationis completi posset, nisi tres adhiberentur: artificiose secunda illi erit connectenda, quæ nimirum alteram conclusionis, ac thematici propositi rationem continet, hoc serè modo.

*Cum præsertim nemo sit, quin fatigatus eas exercitationes, quæ hominẽ honestent, & in magno dignitatis gradu collocent cõsectari oportere.*

Hanc propositionem secundæ ratiocinationis approbatione subiecta tractare conueniet, quemadmodum in superiore ratiocinatione præceptum est. Deinde ad aliam probationem veniendum: cui pari ratione similitudo addatur. Postremo loco inducenda complexio est. Atque ut paucis multa complectar, quæ præcepta paulò ante de prima ratiocinatione data sunt, eadem hæc omnia transferantur. Neque verò præceptiones aliæ de tertia, & cæteris omnibus expectandæ sunt. Et quod de secundæ  
prima

primæ coniungenda præcepimus, idē reli-  
quis eodem modo tribuatur. Tametsi aliæ  
sunt connectendi rationes, quæ sese offerēt  
vel non quæsitæ componēt: ei vero aptis-  
simæ, & elegantissimæ, qui illas in M. Tul-  
lio diligenter obseruarit.

*Quid spectandum in alijs argumen-  
tationum generibus, si illis utamur.*

C A P. V I I I.

**T** quoniam aliter quam ratio-  
cinando argumētari possumus,  
atque aliis argumentationibus  
rem eandē explicare: & si hoc  
Cicero quoque non tacuit, qui nunc hoc  
nunc illo argumentationis genere uten-  
dum tradidit varietatis causa: id tamē pro-  
posito exemplo quomodo fiat, operæpre-  
tium duxi paucis ostendere. Repetamus  
igitur idem thema, & in medio rursum  
collocemus.

*Literarum studia sunt amplectenda.*

Ad confirmationis initio positum colle-  
ctione multiplici absque ratiocinatione ex-  
plicari poterit, ita, ut cum ad cōclusionem  
perueneris (quæ idem quod propositio in  
hoc argumentandi genere præter rationes  
repetitas complectitur) alia collectione  
Vti possis, atque ita deinceps in alijs. Nam

E. iiii.

complexio superioris collectionis eadem est propositio sequentis. Quam argumentandi rationem in principibus Oratorum Demosthene, & M. Tullio obseruare frequētem licet, in iis præsertim orationibus, quas ad populum habuerūt. Sed in eadem oratione nunc ratiocinatione, nunc collectione, nunc alio argumentandi genere pro arbitrio vti licet, vt sæpè iam monuimus. Illud modò vidèdum est, quid decet, quidque sit aptum magis.

*Vnum plerunque argumentū sufficere ad quæstionem vel rationem quæstionis explicandam.*

C A P. I X.



O loco tandem illud aperient dum est, quod nos ostensuros cum de partibus artium loqueremur polliciti sumus. Cōmodior enim locus id exponendi se non obtulit, cum alioqui secundus aliarum rerum explicandarum cuius impediretur. Si quis itaque tribus illis principalibus rationibus prætermisissis, sola illa partium enumeratione contentus esse velit: quæstioni hō modo rationem subiungat oportet.

*Quia studia Grammatica, Dialectica,*

*Rhet.*

*Rhetorica, Musica, Arithmetica,  
Geometria, & Astronomia sunt am-  
plectenda.*

Aut ex altera distributione artium: hoc  
pacto:

*Quoniam earum artium studia, quae  
sunt cognitionis itémq; actionis, &  
effectus, amplecti conuenit.*

Ex quibus deinde ratiocinationes, aut a-  
lia argumentationes fiant, quemadmodum  
supra demonstrauius. Sed cum rationes  
illae superiores tres aptissimae sint ad expli-  
candam quaestionem: posset haec enumera-  
tio adhiberi: ut supra dictum est, ad confir-  
mationem vnius argumenti ex tribus ante  
propositis. Nullum autem omnium est, cui  
apertius quam tertio conueniat. Argumen-  
tum igitur illud quasi thema hoc modo in  
pagina media collocatum.

*Litterae sunt hominum generi utiles, ac  
necessariae.*

Subiecta hoc pacto ratione compro-  
babis.

*Quoniam Grammatica, Dial. Rhetor.  
Mus. Arithmet. Geom. Astronom.  
sunt hominibus utiles, ac necessariae.*

*Quia*

*Quia cognitionis artes, actionis, & effectio-  
nis sunt mortalibus fructuosa,  
& necessaria.*

Hæc autem argumenta oratoriè, & artificiosè tractata quantam rerum sylvam, quantamque dicendi copiam oratori sup-  
peditatura sint, nemo nõ videt, qui sit mediocriter eruditus.

*De tractanda parte questionis negan-  
te, & de refutatione.*

C A P. X.



T Q V E hæc fere ratio est tractandi partem quæstionis affirmantem & probandi. Nam de motu etiam infra nõ nihil dicitur. Ne quis autem putet alias argumentationes ad refutandum necessarias esse quæ affirmanti parti quæstionis explicandæ conveniunt, eadem neganti possunt accommodari. Quod quidem breuiter, cursim id eodem exéplo persistentes ostendemus. Collocandum igitur, vt supra diximus, in medio thema, hoc pacto.

*Literarũ studia nõ sunt amplectendæ.*

Deinde firmissimas quasq; rationes subiicere oportet hac ratione.

Q  
Q  
Q  
per  
P  
sed  
qui  
fici  
oran  
liã  
Qu  
Illu  
vnic  
prop  
est: c  
De a  
to  
tio  
ctatio  
re am  
tur: no  
tio po

*Quia ob sunt valetudini.*

*Quia nocent rebus sp̄ publicis, & regnis.*

*Quia nobilissimi quique rebus alijs  
potius, quàm artibus delectantur.*

Plures quidē rationes proferre possem:  
sed his docendī causa sum contentus: ex  
quibus ratiocinationes eodem modo con-  
fici possunt, quo supra demonstraui, &  
oratione dilatari; aut in collectionem a-  
liásque argumentationis formas redigi;  
Quare omnia de superioribus repetantur.  
Illud vnum hoc loco tantū meminerimus,  
unicam esse argumentādi speciem, quæ sit  
propria confutationis, cui violatio nomen  
est: cum tamen ea rarò uti contingat.

*De dispositione questionum, argumen-  
torum, & argumentationum in ora-  
tione.*

C A P. XI.

**A**M verò cū, & quæstiones in-  
terdum plures in eadē oratio-  
ne tractandæ principales, & ar-  
gumenta plura cum horū tra-  
ctationibus locum habeāt, hisque non ra-  
rò amplificationes ad mouendū comiten-  
tur: nonnulla de his, ut instituti nostri ra-  
tio postulat collocandis, perstringamus.

Nen

Non enim parui refert quo quæstiones ordine digerantur, & ab oratore tractentur: cum plerumque accidat, ut unius cognitio ex alterius cognitione pendeat. Ex quo fit ut nisi eam quæstionem cuius explicatione sequens illustretur, priorem tractet, magnum lumē detrahat orationi. Nam cum alia multa perspicuitatem efficiunt, tum vel maximè ordo lucem iis affert, quæ dicuntur. Quamobrem quæstiones qualescunque sint sic ab oratore disponantur, ut eæ, quibus expositis, reliquas auditores facilius intellecturi videantur, antecedant, & alia subsequantur: cæteroquin ordinem, cuius ad arbitrium fingere licebit. De hac quæstionum dispositione multa præclare Rodolphus scripta reliquit ex quo fonte hauriant omnes quantum, quoquo modo videbitur licet.

a lib. 3. de  
inuentio.  
Dialect.  
cap. 12.

b Cic. 1.  
orat. 50.

Proxima est collocatio argumentorum de qua illud breuiter tradi potest, quod M. Tullius docet in oratore ut de firmis alia orator prima ponat, alia postrema, inculcètque leuiora. Qui plura de hac re desiderat legat libros Rhetoricos M. Tullij, & aliorum, sed Rodolphum non prætermittat in lib. 3 cap. 13. in quo argumentationem pro argumento ponit.

Sequitur ordo argumentationum, quæ duplex

do  
nil  
po  
lu  
arg  
me  
ster  
pra  
que  
uis  
nis,  
tene  
tione  
prob  
prob  
cum  
in pri  
lo mar  
& plu  
men si  
per co  
da eru  
argume  
supra d  
declara  
tiam in  
quod hu  
fit quali  
confirma  
conu

duplex est: aut enim in ipsis argumentationibus, aut in partibus earum disponendis positus est. Ac de priore quidem ratione illud breuiter dici potest eodem esse ordine argumentationes digerendas, quo argumenta disponi oportere dictum est. De posteriori iam pleraque in progressu totius præceptionis huius tradita sunt: sed alia quædam commodè hinc præcipiuntur. Quauis enim ille ordo partium argumentationis, qui supra expositus est, in componendo teneri queat, ita ut in quaque argumentatione tractanda propositio prima cum ap probatione sit, assumptio secunda, quam sua probatio sequatur: conclusio extremum locum occupet (quem ordinem tyronibus in principio sequendum iudico, dum paulo maiorem in literis progressum fecerint, & plusculum iudicij nacti fuerint) quia tamen similitudo est satietatis mater, ne semper eodem modo dicere videamur, seruanda erunt illa diligenter præcepta varianda argumentationis, quæ à Marco Tull. <sup>c</sup> <sup>Suprà</sup> <sup>cap. 4. Vi-</sup> <sup>de & Ro-</sup> <sup>dolph. li. 3.</sup> <sup>de inuent.</sup> <sup>Dial. cap.</sup> <sup>4. & c. 15.</sup> supra diximus & à nobis alibi copiosissime declarantur. Ne quis autem nostram diligentiam in re proposita desideret. demus aliquid huius ordinis in ea specimen, quod sit quasi exemplar futurum reliquis. Nam confirmationis principium in hac oratione

ne, quæ de literis habetur, duci ab assumptione cum sua ratione potuit, quam vel conclusio, vel propositio cum approbatione sua sequeretur: quanquam alterutrius assumptionis approbatio præteriri potest: cum præsertim semper omnia confirmare argumentando necesse non sit. Quinetiam alterutrius assumptioni suam approbationem præponere licet, vel etiam interponere, ut pars approbationis antecedit pars consequatur. Accidere illud etiam potest, ut complexio primum sibi locum vèdicet, assumptio secundum, propositio postremum. Quanquam prudentia, ut ubique, ita hic moderari debet prudèti oratori, & provido. Quamvis enim plærumq; hanc illam partem præponas parum, aut nihil interstiti: interdum tamen temeritatis, ac stultitiæ argumentum sit ordinem partium argumentationis in dicendo negligere. Quæ re quod de quæstionibus collocandis præceptum est, idem aliquando hîc faciendū esse intelligatur: cum præsertim ipse sumptiones, & omnino quicquid sumitur probandum vel probatur, quæstionis accipiat nomen. Huiusmodi autem varietate argumentandi in Ciceronis orationibus observare cuiq; licet. Verum & hæc præca, quæ diximus & alia variæ argumentationis

tan  
par  
tur  
faci  
plo  
titi  
da  
imp  
pet  
nen  
pac  
retu  
Erg  
amp  
Ea  
tere  
Am  
ra  
inc  
Op  
tione  
Viin  
lit  
nos  
De  
De  
aliis ex

rationis præcepta ex ipsius M. Tullij locis paulo ante citatis petantur. Vnū illud tantum breuiter significabo cuius vsus per se satis tyrones non sint intellecturi, nisi exemplo aliquo doceantur, quod Cicero in partitionibus oratoriis inter cetera distinguenda argumentationis præcepta plerumque imperandum esse, & optandum tradit. Repetamus igitur, exempli causa, complexiorem ratiocinationum superiorū, quæ hoc pacto simpliciter, & indicandi modo effertur.

*Ergo literarum studia diligenter sunt amplectenda.*

Eam imperando sic exprimi ferè oporteret.

*Amplectimini ergo adolescentes literarum studia, atque in bonas artes incumbite diligenter.*

Optando autem hoc modo cum repetitione argumenti.

*Vinam, studiosi adolescētes studiosius literas amplecteremur, quibus illam nostra natura partem, qua similes Deo dicimur, excoleremus.*

De his intelligi facile potest, quomodo aliis exornationibus, quæ a M. Tullio cursum

sim indicantur, uti ad variandum debeamus. Ita fiet ut cum sapius in toto cursu orationis complexio repetenda sit, facile tædium in hac varietate vitetur, atque oratio ipsa magis exortetur. Quæ sanè variandi ratio in alias quoque partes argumentationis cadere potest. Si quis omnina, quæ de dispositione Rodolphus in 3. lib. de inuent. Dialectica scripsit, videre desiderat, incipiat à cap. 6. eius libri, & sequentia percurrat vsque ad caput II. à nobis primo loco de hac supra notatum, maxime verò decimum, in quo agitur de collocatione narrationis oratoris.

*De amplificatione, & motu, & eorum collocatione.*

C A P . X I I .

**R**

E S T A N T amplificationes quæ ad motum sunt compertæ: quibus qui loci conueniunt in oratione breuiter aperienda est. Id enim ad collocandi rationem quoque spectat, de qua nunc agimus. Quoniam

<sup>a</sup> Quid  
Cice. 310

tur, ut inquit Antonius in 2. de Oratoribus rebus. homines ad nostram sententiam perducimus, aut docendo, aut conuincendo, aut permouendo: vna ex his tribus præ nobis est ferenda, ut nihil aliud in

docet

docere velle videamur: quo spectant ea, quæ adhuc de componendo diximus: reliquæ duæ, de quibus nunc breuiter agendū est, sicut singuis in corporibus, sic illæ in perpetuis orationibus fusæ esse debebūt. Nam & principia, & cæteræ partes orationis, habere hanc vim magnopere debent, vt ad eorum mētes, apud quos agitur, mouendas permanere possint. Sed his partibus orationis, quæ etsi nihil docent argumentando, persuadendo tamen & commouendo proficiunt plurimū, quamquam maxime proprius est locus & in exordiando, & in perorando: digredi tamen ab eo, quod proposueris, atque agas, permouendorum animorum causā, sæpe vtile est. Itaque vel narratione exposita sæpe datur ad cōmouendos animos digrediendi locus, vel argumentis nostris cōfirmatis, vel cōtrariis refutatis, vel vtroque loco, vel omnibus, si habet eam quæstio dignitatem, atque copiam, rectè id fieri potest: hæque quæstiones sunt ad augendum. & ad ornandū gratissimæ atque plenissimæ, quæ plurimos exitus dant ad cuiusmodi digressionem, vt his locis vt liceat, quibus animorum impetus eorum qui audiunt aut impellantur, aut reflectantur. Huc etiam pertinent quæ b Cic. in scriptis M. Tullius in b Oratore his verbis. orat. 127.

Augendis verò rebus, & contra abiiciendis, nihil est, quod non perficere possit oratio: quod & inter argumenta faciendum est, quotiescunque dabitur vel amplificandi, vel minuendi locus, & penè infinite in perorando. Atque ut omittam quæ hæc de re in partitionibus & in 3. de Oratore traduntur (nam hæc alibi tractabimus) illa tamen quæ in Bruto idem scripsit non prætermittam, quod plurimum huic loco lucis afferant. In eo namque libro de Sergio Galba loquens ita scriptum reliquit: Et nimirum is princeps ex latinis illa oratorum propria, & quasi legitima opera (id est officii) tractavit, ut egrederetur à proposito ornandi causa, ut delectaret animos, aut permoueret, ut augeter rem, ut miseracionibus, ut communibus locis uteretur. Quibus verbis, cum plures digrediendi & amplificandi rationes, quam vel conciliandi & delectandi, vel permouendi, & conciliandi causa percensere videatur: tamen id ita accipiendum est, ut illæ omnes postremis duobus oratoris muneribus, quæ supra recensui, contineantur. Egredi namque à proposito, si quidem id fiat ornandi causa, pertinet ad secundam partem officii oratorij: si concitandi, id tertiam. Augere rem vel ad conciliandum spectat, vel ad permouendum.

e Cic. in  
Orato 32.

m  
h  
o  
t  
fl  
fl  
fl  
et  
ge  
ho  
in  
hi  
qu  
te  
stia  
m  
fia  
est  
oste  
zre  
pro  
tes  
stia  
Dei  
cenc  
sed i  
posit  
liqui  
teat

mouendum. Miserationes permotionem  
 habent. Vtilocis communibus est quidem  
 oratoris: sed locis communibus vtitur ora-  
 tor, vel ornand', & delectandi causa, vel in-  
 flammadi. Aliter tamen cum orator Chri-  
 stianus omnis, tum vel maxime ecclesia-  
 sticus inflammare animos, & omnino affe-  
 ctibus vti debet, quam veteres in causis a-  
 gendis oratores vterentur: quibus certe  
 hoc mouendi munus minime cōueniebat  
 in causarum actionibus, quod plerunque  
 his iudicia peruerterentur: ne Christianis  
 quidem in simili genere congruit: nisi for-  
 tē cum certissima veritas & publica Chri-  
 stianæ religionis vtilitas, improbitate ho-  
 minum, in discrimen vocaretur. At eccle-  
 siasticorum oratorum id maxime propriū  
 est: quibus non est satis rerum varietatem  
 ostendere: sed animos etiam auditorum ad  
 æternæ felicitatis desiderium rapere: ac  
 proinde iacētes in vitiis erigere, languen-  
 tes in via domini excitare, ad omne Chri-  
 stiani officij genus impellere: in summa,  
 Dei amore, & proximi illorum mentes in-  
 cendere, non in personas more veterum,  
 sed in vicia odium cōcitare. Sed, vt ad pro-  
 positum reuertamur, ex his quæ dicta sunt  
 liquidò satis constat, quibus in locis oportet  
 excitare motus: res tamen liquidior

fiet præceptis ad thema propositum accommodatis. Atque ut principia, & perorationes omittamus, in quibus maximè amplificationes dominantur de confirmatione differamus. Nam propositione approbata primæ ratiocinationis, vel certè post complexionem totius ratiocinationis, digredi licet ad amplificandum in eos, qui quæ ad cultum corporis, quàm quæ ad animi excolendum pertinent, persequi malunt: ita dum corporis curam potissimum gerunt, ferinum viuendi morem persequuntur. Quæ sane amplificatio copiosè ornari, & exprimi potest. Videndum tamen est, ne quid nimis, & ut misericordia potius in illos, quàm odium, vel inuidia excitetur. Quod autem de hac vna ratiocinatione dicitur, idem de aliis iudicandum est, dummodo assumptione confirmata ( si res materiam amplificandi suppeditaret ) id etiam fieri posse intelligatur. Quinetiam hæc præceptio debet ad alias argumentandi species accommodari. Cūque in orationem multe descriptiones, & narrationes aliæqu; id genus digressiones, tum ornandi, tum delectandi causa incidere possint: non erunt illæ quidem, si res ita feret, prætermittendæ: hic tātum vna cautio est, ut in his modis non transcat, nec ea exprimantur

oratio

ora  
qua  
qua  
tu  
vit.  
ficio  
dab  
teru  
viri  
mos  
exer  
illius  
locu  
cinat  
expr  
dam  
ad re  
nitra  
ait, ne  
nis ar  
vel h  
nes, ve  
neces  
Gym  
miæ d  
storia,  
Indica  
rum de  
gat pre

oratione, quæ molestia onerent, potius quam leuent auditores. Proposita certè quaestio, in qua de literis agitur, præclaras tum descriptiones, tum narrationes admittit. Nam primæ argumentationis propositione approbata, opportunus componenti dabitur digrediendi locus ad Gymnasia veterum Græcorum describenda, in quibus viri ingenio, doctrinæque præstantes animos literarum studiis excolebant: quorum exempla profertenda sunt ad propositionem illius ratiocinationis illustrandam, & collocupletandam. In alteram quoque ratiocinationem commodè narratio cadet: qua exprimitur præstans reipubl. forma cuiusdam Indicæ gentis: quæ inter cetera, quæ ad rempublicam benè, & fœliciter administrandam pertineant, illud quoque videtur, necessariam esse Academiã, in quã bonis artibus adolescètes imbuerentur, quod vel honestas esse huiusmodi exercitationes, vel reipubl. per quã fructuosas, & planè necessarias intelligeret. Hic erit numerus Gymnasiorum, & mos etiã ipsius Academicæ describendus. Tota vero huius rei historia, ex eorum libris petenda est, qui res Indicas nuper literis mandauerunt. Ceterum de effectibus qui plura desiderat legit præter d. Marc. Tullium, & Aristotelè ad Theo.

f Rodolp.  
li. 3. de In-  
ventione.  
Dialect. c.  
1. ad cap. 6.

legat, inquam, Rodolphum<sup>f</sup> Agricolam, qui de utroque motus genere multa præclare differuit. Sed omnia, quæ de hoc genere ab illis, aliisque scripta sunt, Christi regula dirigantur.

*Quadam de genere demonstratio peculiaris.*

C A P. XIII.



A M vero in exornationibus peculiaris quedam sunt obseruanda: quod in his certa, aut pro certis posita augentur, & exornantur, non incerta probantur, ex quo fit vt hæ amplificationibus consistant, non argumentat. onibus, vt Cicero in<sup>a</sup> Partitionibus Oratoriis docet, nisi cum aliquid dicitur, quod incredibile videri possit, vel cuius aliquis alius autor existimetur, vt docet<sup>b</sup> Aristoteles. Excipiendæ sunt etiam scriptiones, id est ea quæ a viris eruditis de disciplinis conscribuntur, aliæque generis eiusdem, in quibus, & dubia probari, & argumentari autores nemo dubitet, cum tamen<sup>c</sup> hæc sint exornationis. Sed cum ibidem M. Tullius dicat in huius generis orationibus etiam facta narrari, perspicuum est, in eas incidere narrationes: vt confirmatio in hoc genere, ex narrationibus, & ampli-

a Sect. 71.

b Lib. 3. ad  
Theod. c.  
17. nõ lon-  
ge à prin-  
cipio, vel  
cap. 27. in  
principio  
capitis.

c Vide  
Cicer. in  
Orat. 37.

pli-  
nia  
ter  
uo  
pet  
pre  
tum  
tum  
gen  
dixi  
mẽ  
Am  
perf  
cent  
Sed  
bon  
tiffi  
ting  
qu  
ius  
quæ  
fit, vt  
cipua  
ad or  
plifi  
gat. V  
pria v  
narrar  
M. Tul

plificationibus tota constet. Quod quoniam rudioribus obscurum videbitur, cæteris omissis quæ de genere Demonstratiuo ex eodem libro partitionum, & aliunde petenda sunt, planum facere conabor: cum præsertim maximum in hac re vna momentum sit positum laudationis. Illud ergo ratum, ac fixum esse debet, in demonstratiuo genere extra scriptiones illas quas modo dixi, semper amplificationibus, rarò argumentis, & argumentationibus vti oratorem, Amplificationes autem huiusmodi, vel ad personas, vel ad res exornandas magnificentius, & extollendas altius adhibentur. Sed cum laus, aut vituperatio personis ex bonorum, aut malorum generibus, & potissimum ex animi bonis & virtutis vsu contingat: cognoscenda erit laudatori eius vita, quem laudandum suscepit, vnde singula eius consilia, dicta, factaque laudabilia, id est, quæ cum virtute sensit, dixit, aut gessit, vt d est in Partitionibus, aut certè præcipua, & maximè insignia ad laudem, inde ad ornandum, & augendum adhibitis amplificationibus ex inueniendi locis, colligat. Vnumquodque autem horum in propria virtutum genera digestum exponis, & narrari breuiter oportet: propterea scripsit M. Tullius hoc dictionis genus narrationibus

Part. 82.

e Vide  
Cicer. in  
part. 12.

nibus factorum confici, quibus adderentur  
amplificationes. Sed narranda esse iudem  
consilia, atque dicta, non facta solum su-  
perior locus partitionum paulo ante a me  
notatus docet. Cum ergo hæc in exorna-  
tione sigillatim exposita sint amplificanda,  
narrationes nudæ non erunt, ne historia  
mera texti videatur. <sup>e</sup> Quare ita progrediendum erit à primo ad vltimum, vt cum  
aliquod consilium, dictum, factumve bre-  
uiter exposueris ( breuitas autem exposi-  
tionis interdum quatuor, aut quinque ver-  
ficulis, plarumq; vno, vel duobus, non ra-  
ro etiam paucioribus verbis continetur:  
quanquam sunt aliquando longiores nar-  
rationes ) illi vnã, aut plures amplifica-  
tiones ad adiungas: inde aliam subiungas al-  
terius consilii, vel dicti, vel facti narratio-  
nẽ: deinde hæc ipsam amplifices, vt prius:  
atque ita deinceps ad reliquas ordine pro-  
gredieris. Quæ ratio multo iucundior erit  
si longiores tum narrationes, tum amplifi-  
cationes breuioribus permiscueris. Exem-  
pla sunt apud Ciceronem laudis in oratio-  
ne pro lege Manilia, quæ licet sit generis  
deliberatiui, ea tamen pars in qua Põpeius  
laudatur est exornationis: vituperationis,  
in 2. Philippica, dempta refutatione in qua  
certum est illum argumentari. Hæc autem  
plinius

plac  
oran  
nim  
illu  
por  
lege  
virt  
stim  
rum  
saria  
Nam  
facti  
piose  
ratio  
men  
nem  
ampl  
Nam  
gum  
tione  
mus.  
tum,  
benef  
in alie  
duo ta  
& poe  
repub  
ria squ  
modu

planius intelligentur ex artificio harum  
 orationum à nobis explicato. Nam lógum  
 nimis esset hoc loco singula persequi. Híc  
 illud intelligi satis est in 2. Philippica tem-  
 porum ordinem seruati: in oratione pro  
 lege Manilia omnem laudem ad propria  
 virtutum genera reuocari. Neque verò exi-  
 stimandum est plurium cõsiliórum, dicto-  
 rum, factorúmve narrationes esse neces-  
 sarias ad amplificandum: nedum omnes.  
 Nam interdum in vna oratione vel vnus  
 facti præclari commemoratio breuis co-  
 piose potest exornari: vt M. Tullius in o-  
 ratione pro Marcello, vnum Cæsaris cle-  
 menter facti, id est, M. Marcelli restitutio-  
 nem, & veniã ei datã miris laudibus, variè  
 amplificando, extollit in confirmatione:  
 Nam in refutatione probationibus, & ar-  
 gumentis vititur. Omnia verò in explica-  
 tione artificij orationis illius ostensuri su-  
 mus. Et in oratione ad Quirites post redi-  
 tum, totus est in augendo & exornando  
 beneficio suæ restitutionis occupatus. Et  
 in altera parte orationis pro Archia poëta  
 duo tantum attingit ad eius laudem, quod  
 & poëta sit optimus, & bene de Romana  
 repub. meritis, & ad vtramque multas, va-  
 riasque amplificationes adhibet, quemad-  
 modum ibi ostendimus. Ita autem ampli-  
 ficanda

ficanda sunt omnia, ut ubique tamen mendacium fugiamus. Non enim sunt veteres audiendi Rhetores, qui res esse augendas, vel minuendas præter veritatē docuerunt: quin etiam plura tribui bona ei, qui laudetur, quam reuera habeat, voluerunt; quod faciendum Isocrates in Buliride præcepit. Ex his aliisque Rhetorum præceptis percipi posse facile puto, quæ admodum personas laudari oporteat. Quod ad res attinet exornandas, quæ de amplificandi ratione modo dicta sunt: eadem huc debent accommodari. Nam narrationes nullæ tales incidunt, quales illæ superiores existunt. Intercurrunt quidem aliquando alterius generis, sed quæ ipsæ in amplificationibus aliter numerentur. Res appello alia quæcunque præter personas, ut res diuinæ sunt, animi bona vel mala, & alia genera bonorum, regiones, vrbes, ædificia, denique omnne genus rerum, quod exornari amplificando queat: Latius enim genus hoc patere volumus, & ad suam laxitatem reuocari non solum pertinere ad clarorum virorum laudationes, & ad improborum vituperationes. Sed siue res siue personæ magnificentius amplificando exornentur non modo ad honestam delectationem auditorum, sed multo magis ad utilitatem, ut

mau  
audi  
gen  
esse r  
min  
bent  
ad id  
siue i  
siue q  
stras  
mis e  
illust  
frequ  
lôge  
Exem  
in or  
stris e  
stris ir  
anima  
riæ an  
dem, v  
possin  
lerit,  
plures  
tem v  
quæ cu  
mnis g  
bêe mu  
Quod

mauis, ad delectationem vtilē eorum, qui audiunt, vel ad iucūdā vtilitatē, vtroq; in genere amplificationis qualdā principes esse nōris alias earum quasi famulas, & administras: quanquam hæ non semper adhibentur: Principes voco eas quæ proximè ad id, quod amplificandū est admouentur, siue id consilium sit, siue dictum, siue factū siue quiduis aliud. Famulas verò, & administras nomino, quæ vel principibus, vel primis etiam famulis, tum amplificandis, tum illustrandis apponuntur. Quæ cum plures frequētē esse possint: perspicuum est quā lōgē latēq; vna amplificatio spargi queat. Exempla sunt præclara apud M. Tullium in orationibus modo citatis: quarum illustris explanatio est ex commentariis nostris in eas orationes petenda. Illud etiam animaduertendum est, cum plures primariæ amplificationes, & quasi dominæ ad idem, vel factum, vel dictum, &c. admoneri possint, multò plures futuras, si ita res tulerit, quæ illis famulentur: cum singulis plures famulæ possint comitari. Sunt autem valdè illustres amplificationes illæ, quæ cum sint ex comparatorum loco omnis generis ductæ, vtramque partem habēt multiplici amplificatione illustratam. Quod cuiusmodi sit ex orationibus item

M. Tul.

M. Tullij, & explanatione nostra facile cognoscetur. Ex quibus, & ex his, quæ hinc tradidimus exornandi præceptis, multo faciliorem laudandi rationem tyronibus futuram non dubito.

*De exordio pauca.*

C A P. X I I I I.



**H** I S C E rebus omnibus consideratis, tractata etiam si qua incidit, refutatione, quam contrariæ rationes supra positæ in hac re literaria constituerent in ea refellendum denique id quod primum est dicendum, postremo loco cogitandum est, quod utendum sit exordio: id, quod auctori causarum civilium præcipit Antonius in 2. de Oratore Principia verò & leniora esse debent, & non extrinsecus aliunde quaerenda; sed ex ipsis v. scribis quæstionis sumenda sunt, v. b. ibidem tradit ille. Idcirco tota quæstione pertrætata, atque per spectatis locis omnibus inuentis, atque instructis considerandum est quo principio sit utendum. Sic & facile reperietur: sumetur enim ex iis rebus, quæ erunt vberissime vel iu augmentis, vel in his partibus, ad quas amplificandi causa, & ornandi dixi digredi sepe oportere, vel ex utroq;. Id etiam exem

a Apud  
Cic. in 2.  
de Orat.

315.  
b Sect.  
318.

plo  
enim  
Gy  
alias  
à lire  
mrib  
aded  
tis lie  
terun  
dicæ,  
cogn  
incult  
non re  
ter pe  
sione,  
corpo  
lianus  
exordi  
quider  
sed vt  
ne prin  
rit eum  
his e  
b

plo thematis propositi planum fiat. Cum enim dixerimus descriptiones quasdam Gymnasiorum, & narrationes, atque etiam alias amplificationes, quibus qui abhorret à literis arguerentur, inferendas: ex his omnibus, aut ex plerisque illarum, atque adeo ex præcipuis rationibus, & argumentis licebit exordiri: nimirum laudandis veterum Græcorum, necnon illius gentis Indicæ, aliarumque nationum institutis, quæ cognita humanæ mentis præstantia, eam incultam, & ignorantiam dumetis obsitam non reliquerunt. Idquæ amplificetur breuiter per comparationem, eorum reprehensione, qui animi cultu neglecto, sese totos corporibus curandis dederunt. Quintilianus, qui eadè ferè cum Antonio de hac exordiendi ratione præcipit, principium quidem cogitatione postremum esse vult: sed ut pronuntiatione, sic etiam scriptio-  
 ne primum. Non lusit operam qui legit eum Fabij locum. Non abhorrent ab his etiam, quæ scripsit Cicero in priorilibro de Invent. His omnibus in causa reperitis, &c. quæ breuitatis causa præterminat.

c Lib. 9. extremo.

Sect. 26.

Quor.

Quoniam modo inuenta iam, & collo-  
cata dici conueniat.

## C A P. X V.

a Cic. in  
Orat. sect.  
50.



T Q V E<sup>a</sup> in primis duabus di-  
cendi partibus, ex tribus initio  
propositis, qualis esse orator  
debeat, generatim, planèque  
descriptimus. Sed in his partibus (etsi gra-  
ues. atque magnæ sunt) minus & artis est,  
& laboris. Cum autem quid, & quo loco  
dicat, inuenerit, illud est longè maximum,  
videre quoniam modo. Scitum est enim  
quod Carneades dicere solebat, Clitoma-  
chum eadem dicere, Charmadam autem  
eodem etiam modo dicere. Quod si in  
philosophia tantum interest quemadmo-  
dum dicas, vbi res spectatur, non verba  
penduntur: quid tandem in causis, quibus  
totis moderatur oratio? Et quoniam insti-  
tuti paulò cumulatids hoc munus augere:  
quam putaram (nam de inueniendo rãtum  
& collocando, cum ad hoc artificium ad-  
ci animum, verba facere cogitarã) ne nunc  
quidem solum de orationis modo dicam,  
sed etiam de actionis: ita eloquentiæ præ-  
termissa pars nulla erit: quandoquidem de  
memoria nihil est hoc loco dicendum, quæ  
communis est multarum artium: cum præ-  
fertur

ferti  
aure  
do 8

Quib  
tio  
ve



agetur  
eorum  
nem n  
lucidio  
docere  
speran  
nate ef  
cat que  
miretu  
exhorr  
tuentur  
nem,  
tant? C  
bundan  
bis dicu

fertim de hac alibi differatur. Quo <sup>b</sup> modo <sup>b</sup> Cic. ibi-  
autem dicatur, id est in duobus, in eloquē-  
do & in agendo. dem, 55.

*Quib<sup>9</sup> modis nuda atq; inornata ora-  
tionis tum inuentio, tum dispositio  
vestiri splendide, ornari que possit.*

C A P. XVI.



**V**I nam<sup>3</sup> igitur docēdi modus <sup>a</sup> Cic. 3. de  
est melior (nam de actione post <sup>Orat. 34.</sup>  
videro) quam ut latinē, ut planē  
ut ornate, ut ad id quodcūque  
ageretur, aptē congruentēq; dicamus? Atq;  
eorum quidem quæ duo prima dixi, ratio-  
nem non arbitror expectari à me puri di-  
lucidūque sermonis. Neque enim conamur  
docere eum dicere, qui loqui nesciat: nec  
sperandum qui Latinē non possit, hunc or-  
nate esse dicturum: neque verò qui non di-  
cat quod intelligamus, hunc posse quod ad-  
miretur, dicere. In <sup>b</sup> quo igitur homines <sup>b</sup> Cic. 3. de  
exhorrescunt? quem stupefacti dicentem in <sup>Orat. 50.</sup>  
tuentur? in quo exclamant? cuius oratio-  
nem, quasi diuinam inter humanas pu-  
tant? Qui distinctē, qui explicatē, qui a-  
bundanter, qui illuminatē & rebus & ver-  
bis dicunt, & in ipsa oratione quasi quen-  
dam

dam numerum versumque conficiunt, id est quod dico ornate. Sed est quidam <sup>c</sup> or-  
 natus orationis, qui ex singulis verbis est:  
 & in orat. alius, qui ex cōtinuatis coniunctisq; cōstat.  
 80. Singula <sup>d</sup> aut propria sunt, aut aliena. Pro-  
 pria vel vsitata, vel inusitata: hæc rursus  
 aut prisca, aut noua per <sup>e</sup> nominationem.  
 & 3. de O- Aliena porro <sup>f</sup> ab Aristotele translata di-  
 rat. sect. cuntur: quorum plura sunt genera. Verba  
 247. enim, è suis sedibus ad alienas variis mo-  
 e *Ὀνομα- τοποιία*. Vi- de ad He-  
 ren. lib. 4. ficando per <sup>g</sup> transgressionem: aut diuersa  
 43. 3. de atque hæc vel consentanea, vel dissenta-  
 Orat. 152. nea. Dissentanea, per <sup>h</sup> dissimulationem: con-  
 f <sup>i</sup> Vide sentanea vel absolute per <sup>i</sup> Denominatio-  
 Cic. in O- nem, <sup>k</sup> Intellectionem, <sup>l</sup> Pronominationem,  
 ratore 95. & <sup>m</sup> Circuitionem: vel comparatè, per <sup>n</sup>  
 Aristote- Trāflationem, <sup>o</sup> Abusionem, & <sup>p</sup> Permuta-  
 les, &c. & tionem: vel utroque modo, per <sup>q</sup> Transum-  
 3. de Orat. ptionem, & <sup>r</sup> Superlationem. Ita fit <sup>s</sup> vt sin-  
 g <sup>t</sup> *ὑπερ- βατον* Vi- gulis verbis ornetur oratio, si aut vsitatum  
 de aut. ad Heren. lib. 4. 45. h *Ἐπιφανεία*. Vide Cic. 2. de Orat. 269.  
 i *Μετανομιία*. Vide ad Heren. lib. 4. 44. Orat. 93. k *Συναρ-  
 δοχία*. Ad Heren. lib. 4. 46. l *Ἀπτονομοσία*. Vide ad Heren.  
 lib. 4. 43. m *Περίφρασις*. ad Heren. lib. 4. 44. n *Μετα-  
 φασία*. ad Heren. lib. 4. 46. & 3. de Orat. 154. o *Κατίχρησις*.  
 ad Heren. lib. 4. 46. Cic. in Orat. 94. & 3. de Orat. 167.  
 p *Ἀλλογοσία*. ad Heren. lib. 4. 47. Cic. in Orat. sect. 95 & 3.  
 de Orat. 164. q *Μεταβολή*. r *ὑπερβολή*. ad Heren. lib. 4.  
 45. f <sup>t</sup> Vide Cic. 3. de Orat. 168.

verbum

verbum sit, sed eiusmodi, quod vel sonet  
 optimè, vel rem maximè explanet: aut ve-  
 tutum, quod tamen consuetudo ferre pos-  
 sit: aut factum, vel coniunctione vel noti-  
 tate, in quo item est auribus consuetudini-  
 que parcendum, aut translatum, quod ma-  
 ximè tanquam stellis quibusdam notat, &  
 illuminat orationem. COLLOCATA<sup>t</sup>  
 autem verba habent ornatum, si aliquid  
 concinnitatis efficiunt, quod verbis muta-  
 tis non maneat, manentè sententia: aut si  
 ex<sup>u</sup> numero & connexione pedum legiti-  
 ma, aliquot modulationis orationi conci-  
 liant, vt cum voluptate audiatur. Omnino<sup>x</sup>  
 enim duo sunt, quæ orationem condiant,  
 verborum numerorumque iucunditas. In  
 verbis inest quasi materia, in numero au-  
 tem expositio, Numeros, <sup>z</sup> aures ipsæ me-  
 tiuntur, ne aut non compleas verbis, quod  
 proposueris aut redundes, Sic autè è permi-  
 stis & confusis pedibus, & in periodis, & in  
 membris, & in incisus tenendi sunt numeri  
 sic sunt inter se nectèdi pedes, vt, quanuis <sup>z</sup>  
 remissius quàm poëma & libèrius, tota ta-  
 men oratio & oriatur, & fluat, & cadat nu-  
 merosè. Ex <sup>zz</sup> priori autem collocatione  
 verborum quæ sumuntur quasi lumina,  
 quæ <sup>zzz</sup> Græci quasi aliquos gestus oratio-  
 nis <sup>zzzz</sup> appellat (quod idem verbum <sup>zzz</sup>

t Vide  
Cic. in O-  
rat. 81.

v Vide  
Cic. in O-  
rat. 228.

x Cic. in  
Orat. 185.

y Cic. in  
partit. 18.  
& in Orat.  
168. & 173.

z Vide  
Cic. 3. de  
Orat. 174.

& 182. & in  
Oratore  
cum alibi  
tum sect.

227.  
Numerus  
autem, & c

zz Vide  
Cicero. 3.

Orat. sect.  
134.

zzz Cic.  
in Oratote  
83.

- a Vide ab his etiam in sententiarum ornamenta  
 Cic. in O- transfertur) magnum afferunt ornatū ora-  
 rat. 135. & tioni. Verba enim sic in oratione collocā-  
 in 3. de O- tur, vt eam variè conformēt & illuminēt  
 rat. 104. vel per adiectionem, vel per detractiōē,  
 b Συμμε- vel sine detractiōe, & adiectione. <sup>a</sup> Adie-  
 τυμία ad vel sine detractiōe, & adiectione. <sup>a</sup> Adie-  
 Herē. lib. ctis verbis figuratur oratio vel iisdem, vel  
 4. 39. diuersis. Diuersis multiplicatis aut per <sup>b</sup> in-  
 c Αλυτον. terpretationem, aut per <sup>c</sup> disunctionem.  
 ad Heren. Iisdem variè reuocatis. Verba enim reuo-  
 lib. 4. 39. cantur vel nihil omnino mutata, vel cum  
 d Δίπλω- mutatione quadam, vel vtroque modo.  
 615. Vide Quint. lib. Non mutata redintegrātur, aut continen-  
 9. cap. 3. ter, cum duplicātur partim in eadem sen-  
 e Αναδι- tentia, per <sup>d</sup> geminationem: partim non in  
 πλωσις. eadem, per <sup>e</sup> reduplicationem: aut disjun-  
 f Αναφορά vel ὁπιθο- ctè, tum in eadem sententia, tum in diuersis.  
 λῆ ad He- In diuersis, cum aut ab eodē verbo du-  
 rē. li. 4. 20. citur sæpius oratio, per <sup>f</sup> repetitionem: aut  
 g Ἐπιφορά in idem cōiicitur, per <sup>g</sup> cōuersionem; aut  
 vel ἀπ᾽ in vtrunque, per <sup>h</sup> cōplexionem. In eadem  
 ἑροφῆ ad Heren. lib. sententia, aut cum idem verbū initio posi-  
 4. 20. tum, ad extremum refertur, per <sup>i</sup> Epana-  
 h Συμπλο- lepsim: aut adiūgitur idem iteratū in me-  
 κᾶ ad He- dio, quod primo: aut in extremo, quod me-  
 rē. li. 4. 21. dio respondeat, per <sup>k</sup> conduplicationem:  
 i Ἐπανά-  
 λησις. Hanc comprehendit autor ad Heren. conduplicatione 39.  
 k Συμδίπλωσις. Vide ad Heren. lib. 4. 39. qui plures ver-  
 borum figuras hac figura complectitur.

aut aliter confusè & permistè, per <sup>l</sup> impli- 1 Πλοκή.  
m Επάρε-  
δορ.  
n Ad He-  
τέ li. 4. 21.  
o Vide  
Cic. 3. de  
Orat. 205.  
p Κλίμαξ.  
ad Heren.  
lib. 4. 35.  
q Πρόσα-  
σις. Cic. 3.  
de Orat.  
204.  
r Vide  
Cic. in par-  
titionibus  
21. cōstru-  
ctiόque  
verbōrū,  
&c.  
s Autor  
ad Heren.  
lib. 4. 27.  
t Διαλύ-  
σις ad He-  
ren. lib. 4.  
42.  
u Μεσό-  
ζευγμα, &  
ὀπίζευ-  
γμα. Ad  
Heren. lib. 4. 39. x Εὐκλειψις, & σιωπὴ δόχη, sed alio sen-  
su quàm tropus, Cic. 3. de Orat. interruptum vocat.



orator cū dignitate & ornatu figurat orationem, aut simpliciter & sine vlla comparatione efferuntur: aut comparationem aliquam habent. Quæ sunt expertes per se comparationis, his ita vtetur orator, vt aut æquè dicat, aut plus, aut minus. Æquè vt nihil addi, nihil detrahi corpori orationis videatur: idque modis pluribus, vel totum quiddam ornate comprehendendo: vel ea, quæ totum consequuntur, viuis quasi coloribus depingendo, vel etiam compellando, aut quasi compellando personam, rem, ue aliquam. Totum aliquod comprehendet, aut in circumscribendo, aut partibus eiusdē enumerandis ornatius. Circumscribet ita, vt cū transegerit aliquid, definiat, per definitionē: vt rem quāmq; describat paucis, per ° descriptionē. Sic dicet enumerando, vt totum diuidat in partes, per P diuisionem: vt aliud alij tribuēs dispertiat, per q digestionem: vt reliquis partibus expeditis, vnam, quam intendit, relinquat, per r expeditionem: vt idem faciat acriter interrogādo aduersarios de singulis, & responsum cuique subiiciēdo, per f subiectionem. Res totum consequentes viuis coloribus depictas ita proponet, vt rem quasi gera-

n Ορισμός  
Auctor ad  
Herē. lib.  
4. 36.

ο Διαγραφ-  
φ. Defini-  
tionis  
genus  
quoddam,  
vt item no-  
tatio seu  
Etymolo-  
gia.

P Διαρε-  
σις. Quæ  
distributio  
dicitur à  
Cicerone  
in Oratore  
ad Brutum  
137.

de qua lo-  
quitur ali-  
ter author  
ad Herem.  
lib. 4. 53.  
q Μετε-  
σμός, vel

Διανομή,  
author ad  
Herenniu  
lib. 4. 48

r Εκμερισμός, ad Herenn. lib. 4. 41. f Τποβολή, ad Heren.  
lib. 4. 34.

t *Εράφ-  
 γηα.* Ad  
 Herē. lib.  
 4. 69. &  
 Cic. 3. de  
 Orat. 200.  
 u *Τππύ-  
 πασιε.* Ci-  
 cero. 3. de  
 Orat. 203.  
 Vide *Quin-  
 til.* lib. 9.  
 cap. 2.  
 x *Πρσο-  
 πωγραφία.*  
 ad Heren.  
 lib. 4. 64.  
 z *Ηδω-  
 πίαε.* Cic. 3.  
 de Orat.  
 202.  
 a *Τρσο-  
 γραφία* ad  
 Heren. li.  
 4. 64.  
 b *Δικλο-  
 γισμός.* ad  
 Heren. lib.  
 4. 66  
 c *Πρσοπο-  
 πίαε* ad Heren lib. 4. 67. d *Εράφης.* ad Heren.  
 lib. 4. 23. e *Αππολογία* ad Herē. lib. 4. 24. f *Ανακρίσις.*  
 Cic. de Orat. 202. g *Διαπόρησε.* Quintil. lib. 9. c. 2. autot  
 ad Herennium nullam sententiae dubitationem ponit.  
 h *Υπομνή, καὶ παράδοξο.* Quintil. lib. 9. c. 2. i *Επιτροπή.*  
 Ad Heren. lib. 4. 40. k *Συγχρησις.* Quintil. lib. 9. cap. 2.  
 per

P  
 ob  
 tic  
 cl  
 ta  
 sic  
 qu  
 int  
 tur  
 "ob  
 dia  
 ab o  
 lust  
 vel  
 scat  
 dice  
 Ant  
 tar o  
 sum  
 decl  
 quoc  
 in or  
 gat,  
 tur et  
 Partic  
 203. &  
 203. &  
 Cic. 3.  
 b E  
 Orat. 2

per <sup>l</sup> licentiã: vt obiurget aliquando, per <sup>m</sup> *Παρηγο-  
σία. Ad*  
 obiurgationem: vt execretur, per <sup>n</sup> execra- *Heret. lib.*  
 tionem: vt doleat, vel indignetur, per <sup>o</sup> ex- *4. 49.*  
 clamationem: vt ab eo quod agitur auer- *in Επίμυθε*  
 tat animos, per <sup>p</sup> auersionem: vt rei expo- *ψι. Cic. 3.*  
 sitã acclamet, per <sup>q</sup> acclamationem: vt ali- *de Orato.*  
 quãdo imperet, per <sup>r</sup> imperationẽ: vt optet *103. & in*  
 interdum, per <sup>s</sup> optationem: vt deprece- *Orat. 138.*  
 tur, per <sup>t</sup> deprecationem, vt supplicet, per *in Κατέρα.*  
<sup>u</sup> obsecrationem. Arque vt formam quoti- *Cic. de O-*  
 diana & vsitata splendidiorem his figuris *rat. 203. &*  
 ab oratore conformata induit orationita il- *in Ora. 138.*  
 lustriorẽ sumet faciem iis illustrata: quibus *o Εκρούνη-*  
 vel accrescat ipsa quodãmodo, vel decre- *σις. Vide*  
 scat. Augebit corp<sup>o</sup> orationis orator, plũsq; *autore 2d*  
 dicet, vel anticipando vel non anticipãdo. *Herenn.*  
 Anticipando ita, vt anteoccupet quod pu- *lib. 23.*  
 tat opponi, per <sup>a</sup> ante occupationẽ seu Pre- *Ρ Αποσπο-*  
 sumptionẽ. Non anticipãdo, vt à proposito *ση. Cõpre-*  
 declinet aliquantulũ, per <sup>b</sup> digressionẽ: vt *hẽditur ab*  
 quod dixit iteret, per <sup>c</sup> iterationem: vt res *autore ad*  
 in oratione dispersas vnum in locum co- *Heret. Ex-*  
 gat, per <sup>d</sup> frequentationem: vt proponat *clamatione-*  
 tur etiam exclamatione ab eodem. *ne.*  
 Partit. 47. aut Imperamus, &c. *q Επιστα-*  
 203. & in Orat. 138. & in Partit. 47. *ση. Com-*  
 203. & in Orat. 138. *τ Ευχẽ. Cic. 3. de Orator.*  
 203. & in Orat. 138. *τ Δέησις. Cic. 3. de Orat.*  
 203. & in Orat. 138. *u Ικέτευσις. Cic. ibidem. a Προληψις.*  
 Cic. 3. de Orat. 203. & in Orat. 138. *Quintilian lib. 9. cap. 1.*  
 b *Εμβασις. Cic. 3. de Orat. 203. 201. c Ατάλαψις. Cic. 3. de*  
 Orat. 201. d *Συναφροτιμός. ad Herenn lib. 4. 55.*

- e *Μηρά* quid sit dicturus, seiungatque ab eo quod  
*βασίς* ad dictum sit, per <sup>e</sup> transitionem: vt verset sæ-  
 Heren. lib. pe multis modi eãdem & vnam rem, per<sup>f</sup>  
 4.36. expolitionẽ; vt hæreat in eadem commo-  
 f *Επιξίση* retũ: que sententia, per<sup>g</sup> commorationem:  
*γασίς* ad vt interpellatorẽ coërceat, per<sup>h</sup> interpella-  
 Herẽ. li. 4. tionem. Decrescere videbitur, aut minus  
 55. & Cicer. habere corpus orationis, cũ ita dicet Ora-  
 in Orato- tor, vt plus ad intelligẽdum significet, mi-  
 re 137. nus tamen dicat, per<sup>i</sup> significationem: vt a-  
 g *Επιμνή* liquid reticere se dicat, per<sup>k</sup> reticentiam:  
 ad Heren. vt sermonem velut ante legitimum finem  
 lib. 4. 59 abscindat, per<sup>l</sup> Præcisionem: vt aliquid  
 h *Διακοπή* relinquat ac negligat, per<sup>m</sup> præteritionẽ:  
 πñ Cic. 3. vt se ipse reuocet, per<sup>n</sup> correctionem: sæ-  
 de Orator. 203. & in vt se ipse extenuet aliquid, per<sup>o</sup> diminutionẽ.  
 Orator. 138 Tot modis igitur sine comparatione, orna-  
 i *Εμδασις* bit orator suum opus. Cum aliqua autem  
 ad He. comparatione, cum sensa mentis ita expri-  
 ren. lib. 4. met, vt sententias opponat contrarias, per<sup>p</sup>  
 68. contentionem: vt contã ac dicat, accipi &  
 k *Αποσιώπισις* sentiri velit, per<sup>q</sup> dissimulationem: vt ad-  
 Cic. 3. comparationem vocat lib. 4. 42. I *Προτομή*, Cic. 3.  
 de Orat. 200. *Quintil.* lib. 9. c. 2. m *Παράλειψις* Occupatio  
 203. Hanc dicitur ab autore ad Herenn. lib. 4. 38.  
 autor ad n *Επαγορεύσις*, Cic. 3. de Orat. 202. correctionis hoc genus  
 Herennium. præteritit autor ad Herennium.  
 de Orat. 200. o *Μείωσις*, ad Herennium lib. 4. 51.  
 203. p *Απιδείξις*, Autor ad Herennium lib. 4. 59.  
 q *Εμπερίσις*, Cic. 3. de Orat. 201. & 2. de Orat. 269.

dubitet quid potius, aut quomodo dicat,  
 per dubitationem: vt res inter se similes  
 comparet, per <sup>r</sup> similitudinem: vt formam  
 cum forma conferat, per <sup>r</sup> imaginem: vt  
 res gestas distatue, minores, maiores, pa-  
 resue, per <sup>r</sup> exemplum denique proponat.  
 In tanta sententiarum varietate (nam quasi  
 syluam vides) omnis eluceat oportet elo-  
 queptiam magnitudo. Earum vero nonnullae  
 cum plerisque in figuris nequaquam numeran-  
 dae videri queant: cuiusmodi illae sunt quae  
 in re circumscribenda vel partienda sunt  
 positae, cum instrumeta cognoscendi quae-  
 da potius videantur: non id tamen obstat  
 quo minus ornandi quoque vim habeant. V-  
 nius enim rei non vna est virtus. Quid so-  
 le est clarius, quo & clara & conspicua red-  
 ditur omnia? Quid sole ornatius, quod est  
 mundi totius, praesertim caeli, ornamentum  
 vel maximum? Definitionem quis neget, cum  
 per periphrasim, pro vocabulo vno, enu-  
 merationem partium totius, cum pro toto  
 ipso ponitur, ad ornatum orationis, perti-  
 nere? Comparata quoque ad probandum  
 adhiberi quis nescit? Sed & haec & alia om-  
 nia de quibus ambigi possit, quatenus vel  
 docent, vel probant, alio referantur: quate-  
 nus illustrent orationem & ornant, recte in  
 ornamentis numerentur.

Hæc

*Orationis*  
*ad Heren.*  
*lib. 4.*  
*60.*

*Εισαγωγή*  
*ad Heren.*  
*lib. 4. 63.*

*Παρά-*  
*δειγμα ad*  
*Heren. lib.*  
*4. 63.*

*u Vide*  
*Cic. lib. 3.*  
*de Orat.*  
*176.*

& Cic. 3. de Orat. 206. Hæc x sunt ferè, atque horum similia, vel plura etiam esse possunt, quæ sententiis orationem, verborumque conformationibus illuminet. Quamobrem <sup>2</sup> quoniam de ornatu omni orationis, si non sunt omnes patefacti, at certè demonstrati loci: qui omnes in nostro de Oratore libro, (ex quo & has ornamentorum partitiones transtulimus) copiosè declarantur: nunc tandem quid aptum sit, hoc est, quid maximè deceat in oratione, videamus.

De Decoro. Qui <sup>2</sup> enim illa omnia, quæ de ornatu dicta sunt, ita moderantur, ut rerum, ut personarum dignitates ferunt; i) sunt in eo genere laudandi laudis, quod ego <sup>b</sup> aptum & congruens nominem. Illud enim <sup>c</sup> perspicuum est, nõ omni causæ, nec auditori, neque personæ, neq; temporis cõgruere orationis vnum genus. Itaque <sup>d</sup> hoc loco nihil est, quod præcipi posse videatur, nisi ut figuram orationis plenioris, & tenuioris, & item illius mediocris, ad id quod agimus accommodatam deligamus. Quor <sup>e</sup> enim officia oratoris, sunt genera dicendi: subtile, in probando, modicum in delectando, vehemens in flectendo, in quo vno vis omnis oratoris est. <sup>f</sup> Ornamentis iisdem uti ferè licet, alia contentius, alias summissius: atque in re posse quod deceat facere

cere, artis & natura est: scire quid, quādo-  
 que deceat, prudentiæ. Ergo <sup>g</sup> tenuis ora- Cic. in  
 tor modò sit elegans, omnibus & verborū Orat. 81.  
 & sententiarum ornamētis erit demissior:  
 trāslatione fortasse crebrior, quā frequen-  
 tissimè sermo omnis vititur non modò vr-  
 banorum. sed etiam rusticorum. Verborū <sup>h</sup> Cic. in  
 figuras adhibet quidem hic subtilis, sed Orat. 83.  
 paulo parcius: & quamvis numeros non  
 negligat, minus <sup>i</sup> tamen curiosè illos con- Cic. in  
 sectatur. In <sup>k</sup> mediocri genus orationis, ver Orat. 77.  
 borum cadunt lumina omnia, multa etiam Cic. in  
 sententiarum, quæcunque scilicet aliquid Orat. 95.  
 lepōris & venustatis habent. Graue dicē- 96.  
 di genus <sup>l</sup> grauiissima quæque verba, ver- Ad He-  
 borumque & sententiarum figuras, quæ ad ren. lib. 4.  
 vehementiam faciunt, admittet. Illud qui- 12.  
 dem <sup>m</sup> perspicuū est, non modò partes ora- Cic. in  
 tionis, sed etiam orationes totas, alias alia Orat. 74.  
 dicendi forma esse tractandas. Is <sup>n</sup> erit igi- Cic. in  
 tur eloquens, qui poterit parua summi- Orat. 101.  
 se, modica temperatè, magna grauiter  
 dicere: quique congruentem his  
 omnibus actionem ac-  
 commodabit,

*Quo genere vocis, vultus, gestus, omnia que orando dicas, illustrari debent.*

C A P. X V I I.

a Cic. 3. de Orat. 210.

b Cic. 3. de Orat. 221.

c Cic. in partit. 3.

d Cic. in Orat. 55. & in 3. de Orat. 220.

e Cic. in Orat. 60.



Hæc enim omnia<sup>a</sup> perinde sunt ut aguntur. Nam in voce, vultu, gestu, & omnibus quæ sunt actionis inest quædam<sup>b</sup> vis à natura data: quare etiam hac imperiti, hæc vulgus, hæc denique barbari maximè commouentur. Verba enim neminem mouent, nisi eum qui eiusdem linguæ societate cōiunctus est: sententiæque sæpe acutæ, non acutorum hominum sensus præteruolant: actio, quæ præ se motum animi fert, omnes mouet: iisdem enim omnium animi motibus concitantur, & eos iisdem notis & in aliis agnoscunt, & in se ipsi iudicant. Rectè ergo dicitur eloquendi<sup>c</sup> comes actio: cum sit<sup>d</sup> quasi corporis quædam eloquentia, cōstans è voce atque motu. Vocis mutationes totidem sunt, quot animorum, qui maximè voce commouentur. Itaque orator ut cunque se affectum videri, & animū audientis moueri volet, ita certum vocis admovebit sonum. De quo plura dicerem, si hoc præcipiendi tempus esset. Dicerem etiã de gestu, cū quo iunctus est vultus: qui<sup>e</sup> secundum

cundum vocem plurimum potest. Omnis<sup>f</sup> autem actio Oratori & cum rerum & cum verborum momentis commutanda <sup>f Cic.in partit. 25.</sup> m<sup>i</sup>mè est. Facit enim & dilucidam orationem & illustrem & probabilem, & suauem, non verbis, sed varietate vocum, motu corporis, vultu, quæ plurimum valebunt. si cum orationis genere consentient, eiusque vim ac vaietatem subsequenter. Vole<sup>g</sup> igitur <sup>g. Cic.in Orat. 56.</sup> ille, qui eloquentiæ principatum petet, & contenta voce atrociter dicere, & summissa leniter, & inclinata videri grauis, & inflexa miserabilis. Sed <sup>h</sup> ad vocem in dicendo obrinendam, nihil est vtilius quam crebra mutatio, nihil perniciosius, quam effusa sine intermissione contentio. <sup>h Cic. 3. de Orat. 222.</sup>

### CONCLUSIO ARTIFICII.

**H**Æc habui de componenda oratione, quæ scriberem: quibus cognitis quisque vel mediocriter præditus ingenio, donâq; leuiter imbutus, & in scribendo paulum modo exercitatus, breui tempore componat orationem. Sed admonendi sunt omnes, qui hæc exercere voluerint, ne difficultate rei tractandæ, quæ se scribere cogitantibus, & nondû in hac palæstra exercitatis plerumque offeret. ab instituto deterreantur, sed vbi necessaria comparaue-

rint ad componendū sumpto calamo quid possint experiātur: Sic enim difficultas omnis in facilitatem conuertetur: atque iis quidem multò magis, qui aliquot menses in eorum exercitatione cōsumpserint: quique vnus, vel plurium Ciceronis orationum artificia cognouerint, quæ ex nostris explanationibus discere poterunt, cum volent. Nec enim aliam in componendo viam est Cicero sequutus: vt faciliè quiuis intelliget, qui artificia orationum eius perspexerit, penitusque cognōrit. Quare hoc nostrum artificium erit instar exempli cuiusdam, quod ad inuestigandum cuiuscūque orationis artificium imitēre. Nam quæstione inuēta, & præcipuis rationibus, quæ ad eam explicandā sunt adhibitæ, siue vnæ, siue plures fuerint per totam orationem dispersæ, vna quædam ratiocinatio ex omnibus simul collectis conficienda est: Deinde suis locis singulæ ratiocinationes ex singulis rationibus constituendæ, vt summā totius orationis oculis subiectam, vno aspectu cōtueri queas: sed ita, vt cum summationes omnes vbique non ponātur, \* asterisco in summa ratiocinationum hoc modo facienda prætermittas ab oratore notes. Neque vero illud prætermittendū est, hoc idem artificium ad alias quascun-  
que

que scriptiones, magna saltē ex parte posse accommodari, seruatim tantum iis, quæ cuiusque sunt propria. Habent enim poëtæ, & alij scriptores propria quædam, quæ non sint illis cum oratoribus communia. Sed in omni oratione quæ argumentando rem explicat, eandem ferè sequi licebit argumentandi rationē, prætermisissis, quod res fortasse non ferat, amplificationum modis. Quod si quis omnes locos percurrendo, vel magnam illorum partem tractare quippiam velit ordinem à Mar. Tullio præscriptum in <sup>a</sup> partitionibus Oratoriis <sup>a</sup> Sect. 7. in hoc sequatur licet. De historia tamen <sup>b</sup> dubitari possit: verum tamen spectat <sup>b</sup> hæc <sup>c</sup> Cic. 2. de Orat. 36. etiam ad munus oratoris magnamque habet cū laudatione cognationem. Et si nāq; minus frequentes amplificationes admittit historia: narrandi tamen ser̄ie, & dicendi modo cum exornatione cōsentit, vt cognosci potest ex Oratore ad Brutū Sec. 213. 214. Quinetiā proposita est in historia differenti quæstio quàm explicet expositione rerum, vt docet Rodolphus. Verū de hoc <sup>c</sup> Rodolph. lib. 2. de descriptionis genere & de superioribus alii <sup>d</sup> inuē. Diac. lect. c. 10. quot generatim notatis, idem Rodolphus <sup>d</sup> Lib. 2. c. 16. & lib. 3. cap. 7. 8. Agricola legendus est. Num illud est reliquum vt aliquot orationum M. Tullij artificium retexendo iis quæ diximus congruenter,

gruenter, artificij generalis rationem  
 comprobemus: vnde illius & co-  
 gnitio planior, & vsus in com-  
 ponendo facilior cui-  
 que redda-  
 tur.

FINIS ARTIFICII  
 Componendæ orationis

*Laus Deo optimo maximo.*



qu  
 or  
 tue  
 tio  
 cen  
 run  
 exc  
 mi  
 ipse  
 C  
 qua  
 qua  
 r m



ARTIFICIVM  
ORATIONIS PRO  
ARCHIA POETA

*artificiosè re-  
textum.*

\*

 VM hac oratione Archias in iudicio defendatur, eam certum est ad iudiciale genus pertinere. Nam laudes hominis, quæ hîc afferuntur ab Oratore, ad finem orationis præcipuum referuntur. Quatuor sunt eius partes, Exordium, Narratio, Confirmatio, & Peroratio. Genus dicendi ubique temperatum præter iudiciorum consuetudinem: ut & ex posteriore exordij parte, (in qua orator id sibi perimitti petit.) & ex fine Perorationis, & ex ipso orationis filo perspicitur.

Cùm autem hæc oratio coniuncta sit, quæstiones in ea duæ tractantur, ambæ qualitatis: quæ sunt huiusmodi.

H. j.

- 1 *An Archias sit ciuis Romanus?*  
 2 *An Archias si non esset ciuis Romanus, dignus esset qui ciuitate donaretur?*

Prior tamen definitionis potius quæstio videri potest. Vt ergo plenè & facile vel tractetur utraq; quæstio, vel tractata intelligatur; cognoscendæ sunt partes eius, quæ admodum in primo artificij generalis capite præscribitur. Habenda est igitur hoc loco (vt aliquid ad rem præsentem accommodare dicamus) Archiæ notitia, vnde sit ortus, a quibus, vbi, & quomodo educatus, quibus studiis operam dederit, quod genus vitæ delegerit, quid profiteatur: & si quæ sunt alia id genus subiecti quæstionis huius propria, quæ vel ex huius orationis narratione magna ex parte sunt perspicua. Ad hæc intelligendum quid sit esse ciuem Romanum, quid Romana ciuitas, cæteraq; omnia quæ ex artificij generalis præscripto ad quamvis partem attributi quæstionis cognoscendam spectant: ea præsertim, quæ ad rem, qua de agitur, perspicuè tractandamq; magis faciunt: vt qua ratione ciuitatis Romanæ ius aliquis adipiscatur. Quod idem in narratione M. Tullius attigit. Quatuor autem rationibus ex adiunctis quæ sunt verissimè vel certissimè

simæ civis Romani notæ) priorem quæ-  
stionem probat: & Archiam civē esse Ro-  
manum ostendit.

- 1 Quòd sit ascriptus Heraclea Ro-  
manis fœderata civitati.
- 2 Quòd Romæ domicilium tempore  
legis de civibus ferenda habuerit.
- 3 Quòd sexaginta diebus apud Pra-  
torem professus sit.
- 4 Quòd aliis quoq; civitatibus Ro-  
manorū municipijs fuerit ascriptus.

Ex quibus cum quæstione copulatis vna  
ratiocinatio cōglobata coalescit, priorem  
confirmationis partem comprehendens,  
hoc modo:

*Lege Carbonis & Syllani, qui fœde-  
ratis civitatibus ascripti sunt: si iū cū  
lex ferebatur in Italia domiciliū ha-  
buerūt: si sexaginta diebus apud Pra-  
torem sunt professi: præsertim ab alijs  
quoque civitatibus Romanorū mun-  
cipijs recepti: hi civis Romani sunt.*

*Sed Archias ascriptus est Heraclea  
Romanis fœderata civitati: domiciliū*

*Roma tum, cum lex illa ferretur, habuit: sexaginta diebus professus est apud Praetorem: & ab alys ciuitatibus Romanorū municipijs receptus est.*

*Archias igitur ciuis Romanus est.*

Quaquam dici potest vnicuique ratio ex definitione Romani ciuis facti: quæ descriptio ex illis quatuor notis cōflata, & cum quaestione copulata, eandē nobis argumentationem exhibeat.

Posteriorē verò quaestione, qua dicitur dignus Archias, si non esset Romanus ciuis, quæ iure ciuitatis ornaret Romani, duobus præcipue argumentis probat: quorum prius est, à genere vel ex adiunctis, posterius à pari.

1 *Quòd sit poëta eximius.*

2 *Quòd populi Romani nomen famamque celebrarit.*

Quaquam hæ rationes duæ si cum altera parte quaestionis, Dignus cōparentur, efficientes causæ dignitatis videbuntur. Cæterum ex his etiā vna ratiocinatio alteram Confirmationis partem complectens fiat, ad hunc modum:

*Poëta insignes, & Romani nominis buccinatores, digni sunt qui Romani ciuitati*

*ciuitatis iure honorentur.*

*Atqui Archias & poeta eximi<sup>o</sup> est,  
& Romani populi studiosius gloriam  
exornauit.*

*Quamobrem Archias, etiamsi non  
esset ciuis Romanus, merito in gregem  
ciuium ascisceretur.*

Sed cum hęc sunt cōglobatę ratiocinatio-  
nes duę: in cursu orationis postea tra-  
ctando distinguuntur à M. Tullio: quę hęc  
etiam distinctę & nudę, perspicuitatis gra-  
tia, ponantur, hoc modo:

## I.

*Poeta insignes magni faciēdi, ac di-  
gni sunt qui à Romanis in ciuitatem  
recipiantur:*

*Archias est poeta eximius:*

*Archias ergo magni faciendus, &  
in ciuitatem recipiendus.*

## II.

*Qui poeta Rom. pop. nomē celebrāt,  
& gloriā exornāt, merito à Romanis in  
numerum ciuium admitti debent:*

*Archias autē populi Romani gloriā  
& laudem studiosē celebrauit.*

H. iij.

*Archias ergo à Romanis meruò in  
civium numerum recipi debet.*

Sed iam videamus quemadmodum hæc omnia in Confirmatione, iacto narrationis fundamento, ab Oratore tractentur. Nam Exordij discussio, perinde vt in aliis orationibus, in extremum locum reiicienda est. Sic enim perspicietur melius quonam pacto ex causæ visceribus, & locis in ea vberimis, eruatur.

#### NARRATIO.

M. TULLIVS in hac Narratione, quæ est ipsius causæ propria, patriam Archiæ, studia, vitam, & peregrinationes exponit. Ex quibus eo tandem peruenit, vt ostendat, quemadmodum civitatis ius fuerit adeptus. Qua in re totius orationis cardo præcipue vertitur. Narrationis huius initium est Sec. 4. in illis verbis, *Nam vt primùm ex pueris, &c.* In qua diligenter obseruat omnia, quæ de historia narrandisque rebus præcipiuntur. Nam & ordinem temporum, variis Archiæ profectioibus exponendis, conseruat: & vt quidq; causa est alterius, ita illud primum constituit. Ingenium namque & doctrina famam Archiæ peperit: fama effecit, vt à multis gentibus expeteretur, præmissisque variis donaretur. Hæc omnia

omnia Romam profecto cum Romanos ci-  
ues alios. tū vel maximè Lucullos eidem  
conciliauerunt. Et quoniam hæc orationis  
pars, vt Cicero in partitionib<sup>9</sup> docet, sedes  
& fundamentum est constituendæ fidei:  
cuius attentè orationem perturrenti ani-  
maduertere & obseruare licet semina tum  
argumentorum, tum amplificationum in  
hac Narratione dispersa: quæ in vtraque  
Confirmationis parte postea tractatur. In  
ipso autem Narrationis extremo, Sect. 7.  
ibi. *Data est ciuitas, &c.* Prioris ratiocinatio-  
nis continetur propositio, præter quartam  
rationem, quæ separatim infra, Sect. 12. po-  
nitur.

### C O N F I R M A T I O.

Ex duplici quæstione, quam in hac ora-  
tione tractari diximus, Confirmatio hæc  
bipertita est. Prior pars est causæ magis pro-  
pria, eaque licet breuis, tamen præcipua;  
cum eius quæstionis causâ iudicium hoc  
susceptum esse constet. Posterior ad com-  
mendationem personæ, posteriorem quæ-  
stionem minus præcipuâ copiosè tractas,  
sed prorem adiuans, paulò longior est.  
Priorè prius expediamus: in qua quidem  
partim sua confirmat, partim refellit con-  
traria.

## CONFIRMATIONIS

## PARS PRIOR.

PROXIMI ergo eiusdem Sect. 7. verbis, cum ait, *Si nihil aliud nisi, &c.* (quod est Confirmationis initium) complexio eiusdem ratiocinationis cum assumptione summam comprehenditur. Illud enim significare vult, quicquid de iure sibi vendicande civitatis in argumentationis propositione, ex Carbonis & Syllani lege dictum sit, id Archia totum continere: ac proinde causam dictam, id est, defensam & comprobata esse. Quod perinde est ac si dicat, Archiam Romanum civem esse constat. Deinde virgendo Assumptionem repetit, *Quid enim horum, &c.* Ut singulas eius partes ordine argumentis probet. Primamque illis verbis, *Heraclente, &c.* expressam argumento remoto probat, hoc est, Luculli testimonio, legatorumque Heraclensium locupletissimo. Testes enim ex adiunctis laudat, quod plus autoritatis habeant ad probandum. Luculli etiam testimonium ex dissimilium comparatione amplificat. Deinde re probata amplificationem ingreditur ex iis quae dicta sunt erutam, illis verbis, *Hic tu tabulas, &c.* Ad augendam adversarij stultitiam, aut stoliditatem, ex effectis dissidentibus, contentione vel repugnantium vel  
 contra-

contrariorum inter se collatis.

Deinde vero Sect. 9. *An domicilium Romæ non habuit, &c.* Alterâ assumptionis parte a duabus rationibus confirmat, quarum altera, quæ à definitione, Archiam ostendit habuisse domicilium Romæ (id enim aliud est nihil, nisi sedē omnium rerum, ac fortunarum suarum collocare) altera, ex adiutis probat tum cum lex ferretur habuisse: multis videlicet annis antequam ferretur illa lex. Vtrumque argumentum breui Enthymemate tractat: ut itē superius de testimonio duplici.

Deinceps transit ad tertiam assumptionis partem, cum ait, *At non est professus, &c.* Probat autem fuisse professum Archiā argumento assumpto, id est, tabularum, quibus nomina civium inscribebantur, testimonio. Earum tabularum vim & robur ostendit & pondus ex causis efficientibus, id est, ex prætoribus, qui eas condiderunt. Confirmat id ex aliarum tabularum collatione dissimili: quarum autoritas & fides ex causis efficiētibus hinc eleuatur, illinc extollitur, id est, ex negligenti diligentique custodia: ex leuitate & calamitate Gabinij: & ex sanctitate, necnon modestia Metelli: quæ per contentionem tum contrariorum, tum repugnantium inter se opponuntur.

Sed

Sed & Metelli diligentia ex effectis illustratur. Sequitur deinde eadem Sect. 10. ratiocinationis complexio, illis verbis expressa, *Quæ cum ita sint, &c.* Cui subiungit continuo quartam rationem, quartamque Assumptionis partem. Si enim aliæ ciuitates Romanorum municipia, Archiam in numerum ciuium receperunt: & municipes erant in ciuitatem Romanam recepti: certè & Archias, cū esset municeps. Eam rationem cōfirmat ex enumeratione partium, id est, quatuor municipiorum. Nam Rhegyri, inquit, Locrenses Epizephyrij, Neapolitani, Tarentini, omnes municipes hominem receperunt. Quod cōparatione minorum duplici, ostendit artificiosissimè huic loco intexta, & ornatissimè, vel obironiā. Deinde adiungit amplificationem ex comparatione minorum, probata re, ad commouendos iudicum animos, indignum esse facinus innuens, si Archias expellatur. Tractatum est ergo quartum hoc argumentum collectione quadripertita, vti tertium, tripartita.

Deinceps verò, Sect. 11. *Sensus nostros requirit scilicet, &c.* Sequitur breuis refutatio eius firmamenti, & rationis, qua probabat Gracchu. Archiam nō esse Romanum ciuem, Quòd non esset census. Hoc Enthy-

mem

mema ita refellit Cicero, vt antecedens cōcedat, consecutionem neget. Concedit enim Archiam non fuisse censum: atque tres huius rei causas affert: sed negat hinc effici, non esse Romanum ciuem. Quoniã, inquit, census non confirmat ius ciuitatis, hoc est, non facit vllum ciuem: sed signum est, ex quo cognoscitur eum, qui sit census vsum esse iure ciuitatis, etiamsi ciuis non esset. Ratiocinatio integra fuisse à Graccho adhibita in hunc modum:

*Quicumque est census, est ciuis.*

*Archias non est census.*

*Archias igitur non est ciuis.*

Vel sic,

*Omnis ciuis est census.*

*Archias non est census.*

*Archias ergo non est ciuis.*

Proinde propositio refutanda Oratori fuit, vt ostenderet, non id effici ex propositis, quod volebat Gracchus: eãque refutauit ex dissimili, eludendo consecutionem, vt diximus. Paulò verò post, cum ait, & testamentum, &c. Vni firmamento aduersarij: ria opponit signa & argumenta ex effectis ciuis Romani propriis firmissima; cum ynumquòdque horum certò de-  
claret,

claret, aliquem esse Romanum ciuem. Solis enim Romanis ciuibus concessum erat, testamentum iure Quiritium facere, hereditates Romanorum ciuium adire, in legione Romana militare. Hinc sequitur totius confirmationis, nondum proximæ refutationis conclusio illis verbis expressa, *Quare argumēta si potes, &c.* Significat enim rationes nō posse vllas à Graccho inueniri, quibus euertātur superiores, & Archias non esse ciuis Romanus ostendatur.

### CONFIRMATIONIS

#### PARS POSTERIOR.

PRAECIPVA huius orationis questione tractata, alterū addit ex abūdātī M. Tullius, ostendēs Archiā magni faciendū, ac dignū qui retineatur in ciuitate, si ciuis nō esset: tum quōd sit poēta eximius: tum quōd sit de populo Romano, gloria eius prædicāda benē meritus. Repetamus ergo priorē, docendi causa, ratiocinationē, qua ratio prior tractatur, & vniuersum poētarū genus ad Archiæ cōmendationē exornatur, ea est huiusmodi:

*Poeta insignes magni sunt faciendi,  
& in ciuitate retinendi.*

Sect. 19. ibi, *Sit igitur, &c.*

*Archias est poeta eximius:*

Sect. 18. *Quoties ego, &c.*

*Archias*

*Archias ergo magni faciendus, & in ciuitate retinendus.*

Sect. 18. *Hanc ego non, &c. & nos hunc uiuum, &c.*

Propositionem M. Tullius hinc probat quod poetae sint homines docti, argumento à genere sumpto: vnde alia ratiocinatio conficitur huiusmodi:

*Docti homines magni sunt faciendi, & in ciuitate retinendi.*

Sect. 12. *An tu existimas, &c.* Huius amplificationes variae afferuntur, vsque ad sectionem 18.

*Excellentes poetae sunt homines doctissimi.* Sect. 18. *Aqui sic, &c.*

*Ergo insignes poetae magni fieri debent, & in ciuitate retineri.*

Sect. 19. *Sit igitur, &c.*

Hac posterior in oratione priorem antecedit, vt videbimus: & vtraque variis amplificationibus obuoluitur: cum in hac parte Confirmationis non tam argumentetur Orator, quam exornet amplificando quae dicuntur.

Ac primū quidē Sect. 12. ibi, *Quaerēs à nobis, &c.* Vsque ad, *An tu existimas, &c.* Breue quoddam concilianda beneuolen-

tia renouatur exordiū. Significatione grati  
 erga Archiam animi per comparationem  
 parium, auditorem ad sequentia preparās.  
 Æquum est enim vt qui bonis alicui præ-  
 standis suum in eum amorem declarat, ab  
 eodem non dispari officij genere redame-  
 tur. Proximis deinde verbis, *An tu existi-  
 mas, &c.* Doctos homines magni faciēdos  
 ex forma, id est, ex doctrina (quę docti for-  
 ma est, vt candor cādidī, sapientia sapien-  
 tis) variē amplificādo exornās, satis offen-  
 dit. Nam quo magnificētius vniuersum  
 doctrinæ ac sciētiæ genus exornatur, eo  
 necesse est viros doctos excellentiores vi-  
 deri. maiorique in pretio haberi. Amplifi-  
 cationes præcipue tres ex effectis ad eam  
 adhibentur quod fructus ingentes doctri-  
 na pariat: quod iucunditatē non minimam  
 afferat: quod admirabiles eos, in quibus  
 est, efficiat. Vnde perspicuum est eam ma-  
 gno in pretio habendam esse, & ciuibus  
 amplectendam. Quatuor autem doctrinæ  
 fructus hinc enumerat: quos & aliis ampli-  
 ficationibus quasi administris, minúsve  
 præcipuis, auget: vt hinc illorum causa ef-  
 ficiens cernatur illustrior.

Primus est, Sect. 12. *An tu existimas, &c.*  
 Quod materiam oratori suppeditet: ad ea  
 locupleranda quæ dicit, eumque conten-  
 tio

tionibus defessum reficiat ac recreet. Id amplificat exemplo suo, per cōtentionem contrariorum; Fatetur enim se ita deditū studiis, vt semper inde aliquid ad communem vtilitatē proferat: alij autem, quāuis literarum studiosi, non item. Deinde Sect. 12. ibi, *Me autem quid pudeat, &c.* Aliā subiicit amplificationem ex cautis impediētib, quas omnes remouet, nec sibi impedimento fuisse dicit, quo minus se studiis dederet. Hoc autem suum studium auget contentione dissimilium, cum ait, *Quare quis tandem me, &c.* Alij, inquit, rebus aliis parum fructuōsis aut inutilibus vacāt: ego literarum studiis operam nauo. Sed hęc fit grauior & ornatior enumeratione partiū, qua protasis cōparationis exornatur.

Sequitur deinde alter doctrinæ fructus, Sect. 13. vbi dicitur, *Atque hoc adeo, &c.* Incrementum eloquentiæ: quem fructū auget ex effectis, quod ea patrociniū amicis ferat. Sed vbi dicitur, *quancūque in me est*, quibus verbis suam eloquentiam extenuat, modestiæ significatio est ad benevolentiam aptissima. Deinde ibidem, cum ait, *Quæ si cui lenior videtur, illa quidem, &c.* Transit a minoribus ad maiora: & fructum doctrinæ tertium subiungit, honestatis, persuasione, nihilque in ea persequenda, quam.

quamuis acerbū, recusandi. Quod amplificat primum ex effectis, exēplo suo, id est, ex iis quæ sic persuasit pro patria fortiter subiit: quæ augentur ex adiunctis, id est, ex multitudine & magnitudine & assiduitate periculorum, &c. Cur autem sibi hæc M. Tullius persuaserit declarat ex causis efficientibus, id est, ex rebus quæ vim habent persuadendi, literis, doctrinæque & monumentis doctorum virorum comprehensis. Huiusmodi virorum illustrium exempla sunt. Numero 16. Hoc rursus illustrat, descriptione quadam exemplorum (quæ sunt fortissimorum virorum ad imitandum expressæ imagines) & ex partium enumeratione, id est, ex duobus veterum scriptorum generibus, qui præclara exempla suis in libris scripta reliquere. Rursusque amplificat illā de imaginibus partē ex effectis. Nam recta mentis conformatio effectus est illarum imaginum, quæ sunt formæ auulsa, quia exemplaria.

Tandē verò Num. 15. *Quæret quispiam, &c.* transit ad quartum sciētiae doctrinæque fructum, quadam anteoccupatione locū hunc exornans. Præclarus autem hic effectus doctrinæ est, quod valde illustres animo & virtute homines faciat. Inque declarat & auget alterius causæ adiuuantis, id est, natura

turæ præsidio: quæ licet per se multum ad id, & plus quàm doctrina valeat: si tamen fuerit naturæ coniuncta, insigne quiddam efficit. Deinde cum ait Num. 16. *Ex hoc esse hunc numero, &c.* Illud idem illustrat & auget ex enumeratione partium, id est, virorum aliquot illustriū, qui doctrina ex culti virtutem coluerunt.

Numero verò 16. *Quod si non hic tantus fructus, &c.* Transit ad secundam principalem doctrinæ amplificationem, quæ est iucunditas & delectatio. Quæ continuo amplificat contentione aliorum studiorū dissimili: in cuius etiā apodosi pro totis partes posuit augendi causa & ornandi.

Deinde cum ait, *Quod si ipsi hæc, &c.* Transit ad tertiam principalem eiusdem doctrinæ amplificationem, quod admirabiles reddat. Hanc declarat, & exaggerat comparatione minorum. Si enim Roscius propter artem histronicam tantæ admirationi fuit: quanto magis homines docti propter literarum studia? Elatio & summissio spectatur ex effectis dissimilibus qui sunt motus corporis, & animorū motus. Sed in apodosi cōclusio totius loci huius continetur: doctos homines non esse negligendos, sed magno in pretio habendos potius. Atque sic doctrinā, literarū-

que studia variè commendauit.

Deinceps autem num. 18. cum ait, *Quoties ego hunc, &c.* Assumptionem è proximis duabus. priorem amplificat ex effectis facultatis poëticae seu poëtae ea facultate præditi variis, vt patet. Deinde Sect. eadem verbis illis, *Hunc ego non, &c.* Complexionem eiusdem argumentationis, ad personam suam artificiosè translata in cludit.

Cùm verò ibidem subiungit, *Atqui sic à summo, &c.* Assumptionem illustrat posteriorem. Ostendit enim poëtas insignes viros esse doctissimos, ex contentione dissimilium, id est, aliorum artificum. Dissimilitudo petitur ex causis dissimilibus, quod non tam doctrina studio quæsitâ (vt artifices alij) quàm natura, & dono quodâ cœlesti ac diuino afflatu docti existant: quod genus doctrinae seu scientiae (si verum id sit) multo sanè præstantius est ac perfectius. Proxima deinde amplificat ex effectis Ennij testimonio comprobatis, cù causâ cœlestis repetitione.

Sequitur ibi, *Sit igitur, &c.* Posterioris argumentationis complexio, poëtas insignes magni esse faciendos. Quam rursus auget ex comparatione minorum duplici: quarum prior est, *Saxa & solitudines, &c.* Posterior, *Homerum Colophonij, &c.* Vnde & tertiam

tertia amplificatio ex contentione contrariorum instituitur num. 19. ibi. *Ergo illi, &c.* Sed hæc ad comouendos animos concludendo est adhibita. Conclusio enim hinc inuoluitur, & verbo, *repudiabimus*: in repugnantiam versa est, orandi causa, & mouendi.

Deinceps verò Sect. eadem 19. infima, *Præsertim cum omne studium, &c.* Transit ad alteram posterioris Confirmationis partis ratiocinationē, quæ est de meritis Archiæ in prædicanda Romanorum gloria, pertractandam, & exornandam: cuius Assumptionem primo loco tractat, tractaturus infra Sect. 23. &c. (vt illic ostendemus) propositionem. Complexionem verò ponit nu. 22. cum ait, *Ergo illum, &c.* Nos hunc de nostra ciuitate enunciamus? Sed Assumptio de gloria & fama populi Romani celebrata, ratiocinatione alia, hunc ad modum, ab Oratore tractatur.

*Quorum ingenijs res populi Romani bello gesta feruntur (id est, narrantur & scribuntur) ab his populi Romani fama (id est, laus & gloria) celebratur.*

Sect. 22. quare quorum, &c.

*Sed Archia ingenio res populi Romani  
bello gesta sunt carminibus expressæ.  
Num. 19. Nam & Cimbricas, &c.*

*Ergo Archias ingenium suum cōtulit  
ad gloriã populi Romani laudem-  
que celebrandam.*

*Sect. 19. Prasertim, cum, &c.*

Argumentum est ex causa efficiente, id est, ex rebus præclarè gestis, quæ populo Romano gloriam laudèmq; pepererunt. Complexio autem argumētationis prima est, quæ fuit Assumptio superioris. Assumptio non exprimitur: sed ex eius approbatione vel amplificatione, quæ complexioni attexta est, facile intelligitur. Nam propositio cum sua amplificatione postrema est, Sect. 21. ubi, *Quar. quorum, &c.* Assumptionem igitur declarat & amplificat M. Tullius ex enumeratione partium per inductionem: quod & res Cimbricas, & bellum Mithridaticum celebravit. Utranque partem variè amplificando exornat: priorem ex effectis. Nam tractatio rerum Cimbricarum Archiam Mario, licet ab his studiis alieniori, conciliauit. Ex hoc ipsum alta amplificatione illustrat ex efficiente causa illius benevolentia; id est, ex cupiditate

eate, qua omnes teneri ait, res suas literis  
 mandandi. Idque declarat ex enumera-  
 tione partium, id est, eorum, qui ea cupi-  
 ditate ducerentur: vbi cupiditas rursus o-  
 stenditur ex effectis. Posteriolem deinde  
 superioris enumerationis partem de bello  
 Mithridatico auget ex aduētis ipsius bel-  
 li: & assumptione repetita, qua ratione il-  
 lius belli celebratione populi Romani, no-  
 men illustretur, ostendit. Sectione deinde  
 22. *Quare quorum ingenijs, &c.* Ratiocina-  
 tionis propositio sequitur: quæ continuo  
 ex enumeratione partium exornatur: id est,  
 ex tribus doctis hominibus, qui res populi  
 Romani gestas mandando literis, eiusdem  
 populi gloriam famamque celebrarunt.  
 Illa autem verba, Sect. 22. *Ergo illum, qui  
 hac, &c.* Complexionem continent supe-  
 rioris illius argumentationis de meritis  
 Archiæ, cui tamen amplificatio ex mino-  
 rum comparatione, ad animos commouē-  
 dos, inseritur. Elationis summæ sionisque  
 materia tum ex proximè dictis, tum ex his,  
 quæ priore confirmationis parte disputata  
 sunt, firmamenti, arripitur. *Si Rhodius,  
 inquit, &c.* quæ an dō magis Archias in ciui-  
 tatem recipiendus? si d hoc ornandi causa  
 in repugnantiam vertit. Sed complexio  
 hæc rursus alia minorum comparatione,

per quādam anteoccupationis speciem ornatur. Magnus est, inquit, Latinorum fructus versus: sed Græcorum maior. Elationem & summisionem ex locorum adiunctis petit. Ac tādē illis verbis, Sect. 23. *Quare si hæ res, &c.* Amplificatur Græcorum versuū fructus ex euentis. Hinc enim fiet vt Romanorum res gestæ, & eorum de quibus scribitur, toto orbe terrarum divulgentur: & vt alij ad pericula gloriose subeunda incitentur.

Assumptione ratiocinationis ab Archimæritis & beneficiis ductæ amplificando exornata: deinceps 26. ad illustrandam eius ratiocinationis propositionem transit M. Tullius: quæ erat huiusmodi:

*Qui poetæ populi Romani laudē gloriāq; celebrant, hi sunt magni faciendi & in ciuitate retinendi.*

Hanc igitur paulo post numero 27. illis verbis, *Quare in qua, &c.* expressam, nunc exornādo declarat à pari: quod alij scriptores alios rerum suarū magni fecerint. Hęc enim quanuis apertè sic non ponatur: apertè tamen ex eius vel probatione vel amplificatione intelligitur. Hęc enim rationem illustrat amplificationibus duabus: prior est ex enumeratione partium, id est, trium  
exem-

exemplorum: posterior à causa efficiente, id est, à cupiditate gloriæ, qua dicit omnes duci, Sect. 26. ibi: *Neque enim hoc est, &c.* Quanquam dici forte potius debet ex fine ducta, cum illi gloriâ in rebus agendis propositam haberent. Sed primum exemplum est de Alexandro magno Macedonũ rege: alterum de Pompeio: tertium de militibus eiusdem: quia omnes rerum scriptores à se, vel ab aliis gestarum magni fecerunt. Ex his ergo exēplis arrepta occasione, antequã ad alteram de cupiditate laudis amplificationem trãseat, artificiosè ad Archiam delabitur: affirmans eum faciliè impetrare potuisse ab aliquo imperatore ciuitatis ius: quod amplificando demonstrat ex enumeratione partium. Nam aut à Sulla, aut à Qu. Metello Pio, qui magni fuerunt imperatores, impetrare id potuisset. Priorem partem declarat & auget cõparationibus minorum duabus: quarũ altera ab Hispanis & Gallis ducta breuis est: altera de malo poëta longior & ornatior. Posteriolem verò auget etiam à minori, cum poëtis Cordubensibus semidoctis & peregrinis, Archiam doctissimũ & ciuem comparans. Sect. verò 26. *Neque enim, &c.* Altera de gloriæ cupiditate rationem proponit ornatissimè, Nam simpliciter dicen-

dum erat, omnes gloriam appetunt, etiam boni. Hinc enim intelligimus cur tot illustres viri tanto in pretio scriptores rerum gloriosè gestarum habuerint, tantique fecerint quia videlicet gloriæ studio & cupiditate trahebantur. Atque hūc locum orator copiosè tractat & auget tribus præcipuis amplificationibus. Prima est ex enumeratione partiū, ibi, Sect. 26. *Illi ipsi philosophi*, &c. Omnes enim dici laudis cupiditate etiam bonos inde ostendit, quod & Philosophi, & Decius Brutus, & Fulvius, atque adeò M. Tullius in rebus agendis laudem sibi proposuerint & gloriam. Nam vnaquæque pars ex euentis, ex quibus illorum cupiditas elucet declaratur. Inferit tamen huic enumerationi propositionem illam, *Qui poeta*, &c. Quæ amplificationibus suæ probationis artificiosè interposita est, ut minus ars appareat, & varietas delectet magis. Hanc tamen auxit comparatione minorum ex proximè dictis eruta solerter. Sed eius apodosis in repugnantiā versa est. Nam alioqui simpliciter concludendum erat, Quare, qui poëtæ populi Romani laudem gloriamque celebrant, hi sunt à vobis honorandi, atque conseruandi, Sect. verò, 28. ibi, *Nulla enim virtus*, &c. Amplificationē de gloriæ studio superioribus

bus Sect. expressâ aliis verbis repetit, (virtute perditâ, inquit, gloriam desiderant) eamque rursus auget & illustrat ex effectis, quæ destinata dicuntur, id est, ex laboribus & actionibus, quæ suscipiebantur ab antiquis illis ad gloriam assequendam: ad quam labores, pericula, & vitæ amissionem referebant: sed & animum corporis vinculis solutum ea delectari arbitrabantur. Cum verò ait 29. *Nunc insidet*, &c. Eadem amplificationem alia dicendi forma inculcat, & iisdem destinatis alio modo expressis auget, cum ait, 30. *An verò* &c. Per expositionem idem dicens, cum aliud atque aliud dicere videatur. Ac tandem 28. & 29. Tertia ponitur princeps amplificatio ex tribus paulo ante propositis, ex comparatione minorum: & Ciceronis ipsius exemplo cumulata illustratur. Hæc enim etiam declarant, ipsius iudicio, omnes gloriæ quodam studio & cupiditate duci.

### PERORATIO.

Sectione autem 31. In illis verbis. *Quare conservate, Indices*, &c. Usque ad finem, Peroratio est totius orationis: quæ præter complexionem principalem, enumerationem continet præcipuarum rerum siue sententiarum, quæ in utraque parte confirmationis

tionis, vel probandi, vel amplificandi causa dispersa sunt, ut patet. Quamquam eas sententiae, quae de posteriore parte reperiuntur, ad benevolentiam maxime, & animos iudicum ad misericordiam adducendos spectant. Ad extremum, illis verbis, 32. *Quae de causa, &c.* Conclusio Perorationis utriusque illius parti respondens continetur.

#### EXORDIUM.

Primo dictum postremo loco discutendum restat exordium. Sic enim & unde, & quomodo ductum sit, & quo potissimum spectet planius intelligatur. Haec enim semper in quouis enucleando principio dispendenda sunt. Cum igitur ex causae visceribus, & partibus orationis vel ad probandum vel ad amplificandum fecundioribus, ut aptissimum sit, erui debeat omne principium: & causa quae hic tractatur haec sit, an Archias sit civis Romanus, aut, si non esset, an fieri deberet: quae ducuntur ab illius persona, id est, vel ex effectis, quod M. Tullij studia eloquentiamque iuuerit, vel ex adiunctis, quod sit poeta summus, quod vir eruditissimus: liquet ex causae visceribus haec erui: cum vno Archiae vocabulo includantur. Sed & alia quae tum ex Oratoris, tum ex auditorum personis sumpta sunt,

sunt, ad idem, quoad fieri potest, accom-  
 modantur. Omnia porro ex parte oratio-  
 nis vberiore, quæ est pars Confirmationis  
 posterior, sumpta esse constat. Quod pla-  
 num cuius fecero, si quomodo ducta in-  
 de sint ostendero. Nam ex ea parte, in qua  
 doctrinam literasque cõmendat, à Sect. 12.  
*An tu existimas, &c.* Usque ad 17. *Quod si*  
*hæc, &c.* Prioris partis exordij (in qua opem  
 an Archiæ ferendam affirmat) ductæ sunt  
 sententiæ. Ex ea vero parte, in qua Ar-  
 chiæ poësim, poëtâsque effert laudibus, à  
 Sectio. 18. *Quoties ego hunc Archiam, &c.* ad  
 22. posterior eiusdem exordij pars trahi-  
 tur: in qua nimirum dicendi nouum genus  
 in iudicio sibi permittendum ait. Ac prima  
 quidem periodus ita paucis exprimi po-  
 test: Ego eloquentia mea debeo Archiam  
 defendere, ac tueri. Sed multo hanc orna-  
 tius expressit, vel vt in orbe inclusa nume-  
 rose flueret oratio, vel vt plura ex iis, quæ  
 infra copiosius disputantur, primis quasi  
 principij labris delibata ostenderet. Nam  
 pro eloquentia tres eloquentiæ conficien-  
 tes causas expressit: ingenium seu natu-  
 ram, exercitationem, & rationem, id est,  
 artem, quam auget ex causa procreante,  
 id est, ab artium doctrina, cui semper de-  
 ditus fuerit. Ac naturæ quidem & artis ac  
 doctrinæ

doctrinæ mentio fit Sect. 15. *Ego multos homines, &c.* Doctrinæ porro bonarumque disciplinarum Sect. 12. *An tu existimas, &c.* Vt que ad 15. Vnde hæc delibata quis non videt? Quod autem suam extenuat eloquentiam, & id Sect. 13. tactum est, cum dicitur *que quantacunque in me est.* Quod autem nullum ætatis tempus abhoruisse à studiis confirmat, id quoque Sect. 12. *Me autem, &c.* & 13. *Quare quis, &c.* Quasi furtim acceptū liquet. Quod autem specie quadam Digestionis vsus sit, singulis eloquentiæ causis, quod cuique cõgneret, aptissimè tribuēs, & alia huiusmodi ornamenta, quæ magis ad elocutionem pertinent, prudens prætereo: cum ea quæ sunt elocutionis, vt dictum est, non sit animus in præsens persequi. Sect. ergo 1. cum ait, *Nam quoad longissimè,* Rem propositam illustrat amplificando à pari. Nam semper Archias, inquit, sua poëti aut poëtica facultate eloquentiã meã iuuit. Sed quam ornate hanc expresserit vides. Ea verò ex illis Sect. 12. verbis, *Quares à nobis, &c.* petita est. Cũ vero ait, Sect. 1. *Quòd si hæc vox, &c.* Eandem rem propositam alia amplificatione auget ex minorum comparatione. Nã si Ciceronis eloquentia, Archiæ formata studio, alius profuit, quanto magis illi prodesse debet & hæc

& hæc particula ex illis Sectio. 13. verbis.  
*Atque hoc adeo, &c.* collecta est. Subiungit  
 deinceps amplificationem aliam à genere,  
 id est, ab arte, qua illam à pari splendide il-  
 lustrat. Ostendit enim eloquendi faculta-  
 tem à poetica ideo iuuari, quod hæc sit  
 ars ad humanitatē pertinēs, vt illa: Omnes  
 autem eiusmodi artes ita coherere inter  
 se, vt altera alterius ope indigeat. Sed ob-  
 serua quemadmodum in hanc per anteoc-  
 cupationem ingrediens, locum hunc to-  
 tum exornarit. Sed & posteriorem Exor-  
 dij partem eodē exornationis genere tra-  
 ctauit. Primum namque cur nouo in iudi-  
 cii dicendi genere vtendum non sit, ratio-  
 nes varias ex repugnantibus occupat am-  
 plicatio: deinde sibi nihilominus id per-  
 mittendum amplificationibus aliis, quæ  
 personarum ferè adiuncta sunt, sed causæ  
 tamen ita dicendi, declarat splendidissime.  
 Atque sic ex causæ visceribus, partibus-  
 que orationis vberioribus ductum fuisse  
 vides exordium. Refertur autē præcipuè  
 ad beneuolentiam Archiæ conciliandam,  
 amorēque in iudicum animis excitan-  
 dum. Nam quæ ducuntur à persona Ora-  
 toris significationem habent grati in Ar-  
 chiam animi: quæ ab Archiæ, animi pla-  
 nē benefici & liberalis, necnon doctrina  
 &

& eruditione instructi: quæ ab auditorum, variarum virtutû, singularisque doctrinæ significationes dant. Quæ omnia vim conciliandi amoris habere nemo nescit. Sed cum ait se de summo poëta dicturum, rei magnitudine proposita attentionem excitat. Et in extrema totius Exordij clausula, vbi vtrunque orationis quæstionem in ea tractandam proponit, doctiles maximè reddit auditores.

\* \*  
\*

ARTI-



bis  
sic  
ua q  
bis a  
orat  
ne re  
& ex  
erian  
medi  
Gyatj  
1010



## ARTIFICIUM

## TERTIÆ ORA-

## TIONIS IN CATI-

## LINAM ARTIFI-

*ciōse retextum.*



**D**OCET populum  
Rom. Mar. Tull. hac  
tertia oratione, à qui-  
bus & quemadmo-  
dum deprehensa, &  
patefacta coniuratio  
fuerit pluribus ver-  
bis, augetque & amplificat huius bene-  
ficij magnitudinem. Cum igitur hic no-  
ua quædam & optata narret, eaque ver-  
bis amplificet & exornet, perspicuum est  
orationem hanc esse ab omni contentio-  
ne remotam vel iudicij vel deliberationis,  
& exornatione contineri. Propterea in hac  
etiam genere dicendi utitur temperato, &  
mediocri, non vehementi illo quidem, sed  
sereno tamen & iucundo. Quæquam in nar-  
rando

rando interdum limatum ac tenue dicendi genus arripuit. Sed illud magis propriū est exornationis.

Quæstio autem huius orationis, ad quam spectant omnia quæ hic dicuntur, hæc est.

*An hic dies sit Romanis sollemnis habendus, aut celebrandus?*

AD cuius quæstionis cognitionem sunt partes eius cognoscendæ, vt suprâ diximus. Dies autem, cuius hic fit mētio, haud dubiè is est, quo M. Tullius hanc habuit orationem: quòque patefacta plene, & oppressa Catilinæ coniuratio est. Itaque vt illius diei plena habeatur cognitio, totius coniurationis, & coniuratorum ipsorum, rerūque omnium vel ab ipsis, vel à consule, & à senatu, cæterisque bonis viris eo tempore gestarum cognitio habeatur necesse est. Sed & reliquæ quæstionis voces perspicendæ. Romani qui tū essent: quod ex historia discendum. Quid sit sollemnem habere diem, aut celebrare. Quod M. ipse Tullius in hac oratione pluribus modis explicat. Primum Sect. 22. Honores iustorū diis immortalibus habere. Deinde in principio Perorationis, Sect. 26. Memoriam eius dici

diei sempiternam cōseruare. Denique frequenti concursu quot annis eo die diu immortalibus gratias agere: aut cum gratiarum actione eū diem quot annis recolare. His enim omnibus cognitis, cur & quomodo hīc omnia dicantur, & vnde omnia sumantur multo facilius intelliges. Nulla enim fere quæstio pars est, ex qua non aliqua eruat amplificatione: vt in progressu videbimus. Et si autē in hoc genere orationis non tam probationes, quā amplificationes dominantur: enitendum tamen est, vt omnia rationibus inuentis, quæ in amplificationibus latent, vna ratiocinatione, si possis, comprehendas, vel certē pluribus, si vna non queas. Vno mihi argumento quæstionem propositam M. Tullius explicare videtur, & solennem hunc Romanis habendum, celebrandumue diem comprobare:

*Quia dies hic Romanis omnibus, ac toti Reipub. salutaris est. Sine, quod idem est, Quia hoc die Romani cōseruati, totaque Respubl. ab interitu vindicata est.*

Ratio hæc adiunctum est subiectæ partis, id est, dici, cui hoc accidit tanquā proprium, vt esset Reipub. salutaris. Quāquam

eadem ratio cū attributę partis parte comparata, causa illius efficiens est. Nam accepta salus causa est solemnitatis, & celebrationis. Sed ex hac ratione cum quaestione copulata, ratiocinatio, quę totā orationem comprehendat, in hunc modum conficitur.

*Dies Romanis totique Republ. salu-  
tares sunt ab illis celebrandi.*

*Sed hic dies est Romanis rei que toti  
publice salutaris.*

*Ergo dies hodiernus a Romanis est ce-  
lebrandus.*

Propositio huius argumētationis in ipso exordio amplificata, certitur: & infra Sect. 22. repetitur, vt illic dicemus. Assumptio tota cōfirmatione illustratur, & augetur, ex magnitudine benefici, accepti, id est, patefactæ, & oppressæ coniurationis. Complexio semel in cursu orationis posita est, Sect. 23. *Quamobrem, Quirites, &c.* Quę in principio perorationis variato dicendi modo repetitur, Cūque tres tantum sint huius orationis partes, Exordium, Confirmatio, & Peroratio: pro more nostro primam omnium Confirmationem expediamus.

### CONFIRMATIO.

NOME RO itaque 3. *Principio, vt Cate-  
lina*

*lina*, &c. Initium est confirmationis. Sed  
 ea nullas ferè habet argumentationes, nisi  
 eo modo, quem in artificio generali expo-  
 sumus. Conficitur enim narrandis iis quæ  
 gesta sunt, & amplificandis, vt scripsit de  
 exornatione. Cicero in partitionibus. Pri-  
 ma est igitur longa, sed suauitatis & iucun-  
 ditati plena narratio: qua doceatur populus  
 eâ, quæ scire cupiebat. Narratio verò, vt  
 solet, ex causis & euentis tota contextitur.  
 Adiuncta explicantur interdum, dum non  
 solum quid gestum sit aperit, sed etiam  
 quomodo. Ita diligenter seruauit, quæ præ-  
 cepit ipse de historia lib. 2. de Orat. Sec. 62.  
 Et quoniam causarû explicatio narratione  
 valde probabilem reddit M. Tullius ante  
 omnia causas diligenter exponit, a quibus  
 coniuratio tota fuit deprehensa. Præcipua  
 causa extitit ipse: qui sua diligentia con-  
 iuratorum consilia explorauit. Causæ ad-  
 iuuantes duos prætores, & eorum comita-  
 tus: causæ præsidium afferentes, opportu-  
 nitas temporis, atque loci, & arma. Sed il-  
 lud considerandum est, quam modeste de  
 sua vigilantia & officio in Rempubl ver-  
 ba faciat: & ea officij prædicatio, quan-  
 tum vim habeat ad conciliandam populi  
 beneuolentiam. Cum verò ait, Nume-  
 ro 3. *Quemadmodum in tantis*, &c. Finem

explicat vigilantia & providentia: quem  
 subiecta ratione diligentius & accuratius  
 exponit, cum ait, *Nam tum cum ex urbe, &c.*  
 Quae causas efficientes continet illarum  
 insidiarum Catilinam & socios, improbos  
 homines, & coniuratos: à quibus Respub.  
 si salva & libera fuisset, ab occultis etiam  
 insidiis libera fuisset. Proximè verò sequē-  
 tibis verbis, Sect. 4. *Atque ego, &c.* Noua  
 vigilantia cum suo fine exprimitur. Finis  
 porrò erat, medius quidem, cognitio certa  
 coniurationis: vltimus autem, salus civiū,  
 vt supra. Sect. verò 4. *Itaque vt comperi, &c.*  
 Effectus est illius vigilantia & providen-  
 tia, videlicet consilia coniuratorum explo-  
 rata. Et ibidem Paulo infra, Sect. 5. *Itaque  
 hesternò die, &c.* Euentus est à superiore e-  
 uentu profectus. Nam ille cum sit effectus  
 vigilantia: causa tamen est huius euentus.  
 At Sect. 6. *Interim tertia ferè, &c.* Expositio  
 omni apparatu, qui rem antecedit in com-  
 memoracione causarum, cetera adiuncta  
 negotij persequitur, quae in ipsa gestione  
 acciderunt. Et paucis interiectis, cum ait,  
*Litterae quaecunque erant, &c.* Reliqua adiu-  
 cta persequitur, quae negotij gestionem  
 consecuta sunt. Sunt autem haec omnia ef-  
 fecta earum causarum, quas exposuit. Et  
 Sect. 8. *Atque interea, &c.* Signa exponit co-  
 iura.

iurationis factæ, quæ apud Cerhegum de-  
 prehensa fuerant: ea verò signa pertinent  
 ad adiuncta, quæ rem antecedunt, videli-  
 cet ad apparatus cædis. Et deinceps ibid.  
 cum ait, *Introduxi Vulturcium, &c.* Narrat  
 testimonia, quibus cõiuratio cõiuncta est.  
 Ea partim posita sunt in Vulturcij & Lega-  
 torum dictis: partim in literis datis à con-  
 iuratis, partim in ipsa coniuratorum con-  
 fessione. Sectio. autem 13. *Ac mihi quidem,*  
*Quirites, &c.* Breuiter colligit argumenta  
 coniurationis, quæ in superiore narratio-  
 nis parte dispersa latent, nimirum testimo-  
 nia: & alia illis adiungit ex effectis: quæ  
 quoniam quid factum sit indicant: signa, &  
 quasi vestigia facti nominantur à Cicero-  
 ne. Et non multò post, *Indiciis expositu, &c.*  
 Pergit aperire reliqua, quæ euenerunt: quid  
 videlicet decreuerit Senatus. Sect. 15. *Atque*  
*ea lenitate, &c.* Ne atrocius æquo & regiè  
 decretum fuisse videretur in ciues Roma-  
 nos. breuiter M. Tullius demonstrat, & cõ-  
 mendat senatus mansuetudinem in decer-  
 nendo, ad populi beneuolentiam senatui  
 vniuerso & sibi conciliandam. Et nõ mul-  
 tis interiectis, vbi dicitur, *Qua supplicatio fi-*  
*cum cæteris, &c.* Narrationi breuem admis-  
 cet comparisonem ex minori. Nam si ille  
 supplicationes ob répub. bene gestam de-

cretæ, maximum Imperatoribus attulerit ornamentum : quantus erat honos in hac supplicatione decretæ ob rempubl. conservatam? Et eadem Sect. 15. in illis verbis, *At quæ religio, &c.* Comparatio ex maiori latet gravis ad commendandam senatus & consulis moderationem. Nam si Marius non reprehendebatur, qui prætorem necarat Glauciam : multo minus reprehendus erat senatus & consul, qui Lentulum iam priuatum tradiderat in custodiam.

At Sectione 10. Narratione confecta, & iucundo rerum euentu exposito, consequens commodum subiungit, nimirum extinctam esse coniurationem, illis verbis, *Nunc quoniam, Quirites, &c.* Simulque breui cohortatione confirmans populi animum, aditum sibi munit ad sequentes amplificationes: quibus id beneficium comprehensionis coniuratorum, necnon perfectæ & extinctæ coniurationis (vnde salus rei pub. constitit) copiose ornat & amplificat. Ac prima quidem amplificatio, (cuius initium est, *Quem quidem ego, &c.* Finis verò Sect. 7. in verbo, *liberasset*) sumpta ex causis, id est, ex providentia ac diligentia consulis, commendationem & exornationem habet ipsius providentiæ seu prudentiæ consularis : quæ eiectione Catilinae effectum est, vt coniuratis

1. Amplificatio principalis, quæ aliis minoribus & ad ministris illustratur.

com-

comprehensis coniuratio illustraretur, & perditorum hominum vires conciderent. Prudētia enim cōsulis hinc cernitur, quod prouideret hęc euētura, si Catilina eiectus esset: ac proinde curauit vt egrederetur. Porro ad hanc prudentiam exornandā plures adhibet amplificationes, quæ faciunt, vt ipsa beneficij amplificatio ex causis (quæ est ipsa prudentia) maior, atque hinc etiam ipsum beneficium maius esse videatur. Prima igitur amplificatio prudentiæ consularis, ex dissimilitudine, illis verbis expressa est. *Sec̄t. 16. Nec mihi esse, P. Lentuli, &c. Non Lentulus, inquit, tardus, & somnulosus, neque Cassius præpinguis, neque Cethegus furiosus mihi erat pertimescendus: sed Catilina vnus, quem eiecti, vehementer timendus erat.* In adiunctis Protafeos, eius illustratio latet: antipodosim deinceps amplificando illustrat, cum ait, *Omnia nouat, &c.* Ex adiunctis enim Catilinæ (quæ eadem causæ sunt conficientes metus) demonstrat eum formidabilem fuisse, quod conscius esset omnium, quod paratus, quod callidus, quod audax, quod in scelere vigilans, vt ipse paulo post exponit, *Quoniam illa (Nihil erat quod non ipse obiret, occurreret, laboraret)* deprompta videntur ex effectis. Et infra 17. cum ait,

*Hunc ego hominem, &c.* Alia est amplificatio consularis prudentiæ, ex effectis, id est, ex Catilina principe coniurationis eiectioneque quidem maior & grauior efficitur adiectis Catilinæ frequentatis, siue cõglobatis. Ex quo perspicitur quantũ beneficium patefacte & extincte coniurationis existimari debeat, cum tanta prudentia in ea re fuerit utendum. Eiectio igitur Catilinæ consularis prudentiæ fuit euentus, & causa illustratæ coniurationis, ut satis apertè illa verba declarant Sect. 17. *Nisi ex domesticis, &c.* Sed utrunque & deprehensio coniurationis, & eiectionis Catilinæ prudentiæ consularis effectus extiterunt. Paucis verò interiectis ubi dicitur, *Non ille vobis Saturnalia, &c.* Alia amplificatio est ex euentis aliis exactiõnis Catilinæ. Hęc enim acciderunt omnia, quia eiectus est. Sed huic illigat aliam amplificationem, quæ speciem quandam comparationis minorum habet, cum ait, *Vt nullum in priuata, &c.* Rursus Sect. eadem, *Quod si Catilina in verbis ad hanc, &c.* Est amplificatio ex repugnãtibz eiectionis, id est, ex remansione, quæ suis euentis illustratur & augetur. Eiectio enim cũ sua illustratione paulo ante exposita est.

2 Amplificatio principalis, à consilio, & prudentia deorũ, que paulo post aliis amplific. ornat.

2. Sectione porro 18. illis verbis, *Quantũ hæc omnia, Quirites, &c.* Quam sibi laudem tribue-

tribuere videbatur reipub. cōseruata, eam  
 transfert totam ad Deos: quorum se mini-  
 strum quendam tantū vult ex stimari. Est  
 autem hæc secunda principalis amplifica-  
 tio ex causis. Non possunt enim non y de-  
 ri magna, quæ nutu & consilio deorum  
 sunt. Deprehensam autem fuisse coniura-  
 tionem & extinctam deorum auxilio de-  
 inceps argumentis probat, cum ait, *Idque*  
*cum coniectura, &c.* Nam in exornatione  
 etiã probationes esse non soleant, vt Ci-  
 cero in partitionibus ostendit: aliquando  
 tamen, licet rarò admisceri suo loco dixi-  
 mus, vel certè interdum species inest qua-  
 dam probationum, vt *Quintil.* admonet in  
 lib. 3. cap. de genere demonstratiuo. Itaque  
 M. Tull. duabus coniecturis quasi confir-  
 mare videtur à diis omnia fuisse guberna-  
 ta, Argumentum prius ex adiunctis depro-  
 ptum est, videlicet ex eorum magnitudi-  
 ne, quæ fuerant gesta. Posterius ex testimo-  
 niis diuinis, nimirum ex portentis, quæ va-  
 riis temporibus acciderunt, & Aruspicum  
 responsis. Et certè in exornatione adhibē-  
 da esse monstra, prodigia, oracula, & cæte-  
 ra, quæ diuinitus accidisse videantur, scri-  
 psit Cic. in Partitionibus: habere enim om-  
 nia quæ noua sint & inopinata, magnam  
 in audiēdo voluptatem, Sect. autem 21. *Hic*  
Q. is

*Quis potest esse, Quirites. &c.* Ornandi ampli-  
 ficationem illam secundam principalem  
 M. Tull. de cōsilio & prouidentia deorum:  
 ex effectis grauitur & copiosè tractat, va-  
 rièque amplificat. Nam ex iis quæ euen-  
 rant, ostendit prouidentia deorum omnes  
 res humanas gubernari. Quatuor verò e-  
 uentus gradatim enumerantur, vbi oratio  
 à minoribus ascendit ad maiora, & ea quæ  
 plus admirationis habent. Sed duo primi  
 ad Aruspicum responsa: duo postremi ad  
 ipsas res gestas pertinent. Atque in singulis  
 quidem euentis explicandis diligentissi-  
 mè colligit adiuncta omnia, quo vim ha-  
 beant maiorem. Veruntamen Sect. 22.  
*Quo etiam maiore sunt isti odio, &c.* In-  
 terponitur grauior ex comparatione pa-  
 rium amplificatio: qua M. Tull. conuertit  
 orationem ad excitandum odium in con-  
 iuratos, augendo illorum crimine, &  
 quidem aptissimè: nam quo maior diis ha-  
 benda erat gratia, quorum nutu tantæ res  
 gestæ fuissent, eo sceleratioris videri ne-  
 cesse erat, qui deorum templa fuissent in-  
 cendere conati. Scelus autem coniuratorum  
 in apodosi augetur ex effectis variis in  
 quibus latet minorum comparatio, cū di-  
 citur, *qui non solum, &c.* Si enim scelerati  
 sunt qui ciuium suorum domicilia incen-  
 derent

dere conantur: quanto sceleratiores, qui  
 templa deorum? Ultimo autem eiusdem  
 Sectionis verticulo, *Quibus ego si me resti-*  
*tisse dicam, &c.* Subiicitur alia providentię  
 diuinę amplificatio ex cōtentione dissimi-  
 li causarum adiutantium. Sum enim in  
 opprimenda coniuratione prudentiam, ita  
 cum diuina providentiā confert: vt quan-  
 tis non minimam ipse operā in ea re col-  
 locarit, causam tamen principem, absolu-  
 tam causam dicat. Ne quid enim arrogan-  
 tię videretur beneficii tanti in rēpubl. col-  
 lati prędicatio, deos ait fuisse duces & au-  
 tores omnium rerum gerendarum: quęq;  
 gesserit ipse, illorum ductu & auspiciis  
 gessisse. Quo illud etiam assequitur, vt quę  
 gesta sunt, maiora & augustiora videatur,  
 cum fuerint omnia diis ducibus admini-  
 strata. Ibidem verò *Tam verò illa, Allobrogis,*  
*&c.* Eandem providentiā ex euentis am-  
 plicando exornat. Sequuntur autem duo  
 postremi euentus, qui ad mirabilem rerum  
 gestarum ordinem sunt referendi: ex quo-  
 rum incredibili magnitudine, & earum re-  
 rum autores fuisse dii immortales intelli-  
 guntur, & quanta fuerit eorundem proui-  
 dentia in Romanos offenditur. Postremus  
 euentus illis verbis expressus est Sectio. 23.  
*Quid verò vt homines Galli, &c.* Sect. eadem,  
*Quam-*

Quamobrem, *Quiyites, &c.* Complexio est principalis ratiocinationis, qua hanc orationem comprehendi diximus. Ergo hic dies à Romanis est celebrandus.

3. Principalis amplificatio quæ eadē aliis exornatur & augetur.

3. Commodè autem hoc loco cōplexionem posuit, vt ei propositionem principalis ratiocinationis adiungeret: vnde ad tertiam principalē Assumptionis, beneficiique accepti amplificationem transiret. Sectione ergo eadem 23. Illis verbis, *Nā multi saepe honores, &c.* Illa propositio continetur, sed consultò ad præteritum tempus traducta, vt inde per comparisonem minorum, conclusio inferatur: multi dies, inquit, Romanis salutare celebrati sunt ab illis: quanto ergo magis hodiernus, quo ex faucibus coniuratorum erepti salui & incolumes euaserunt? Nam celebrare diem, vt supra tetigimus, est honorem diis immortalibus, ob acceptum aliquod beneficium, habere. Ac propositio quidem, vel quia fuit iam in exordio illustrata, hoc modo hîc breuiter attingitur. Sequitur ergo in proximis verbis. *Erepti enim, &c.* Cum Assumptione beneficium acceptum includente tertia principalis eius amplificatio ex adiunctis, ex modo videlicet, quo fuerat respub. liberata Hanc porro amplificationem alia amplissima continuo illustrat

Sect

Sectio. 24. *ibi, Etenim, &c.* Ex contentione  
 dissimilium dissensionum, quæ sine san-  
 guine, &c. extinctæ non sint: cum in hac  
 secus acciderit. Sed hæc dissimilitudo cõ-  
 parationem quoque minorum inclusam  
 habet, quia mirabiliter augetur modus ille  
 extinctæ cõiurationis, & beneficij magni-  
 tudo. Si enim discordiæ ciuiles aliæ & bel-  
 la inde nata, cum ad leuem reipubl. com-  
 mutationem pertinerent, internecione ta-  
 men ciuium terminata sunt: quanto magis  
 hæc discordia coniurationis, quæ ad exitiũ  
 reipubl. spectabat, sic terminari debere vi-  
 debatur: quæ tamen summo otio & silen-  
 tio extincta est sine interitu cuiusquam?  
 Elatio & summissio petitur ex effectis &  
 adiunctis dissensionum superiorum, & hu-  
 ius coniurationis. Illæ rempub. leuiter cõ-  
 mitabant: hæc rempub. penitus euersura  
 erat. Hæc effecta sunt. In modo autem re-  
 rum gestarum adiuncta cernuntur. Sed ipsis  
 dissensionibus exponendis Sect. 24. cū ait,  
*L. Sylla P. Sulpitium, &c.* Quod in genere  
 dixerat de bellis dissensionibusue ciuilibus  
 initio protaseos, id explicat ex enumera-  
 tione quinque exemplorum, quæ ad pro-  
 tasim comparisonis illustrandam adhibe-  
 tur. Et Sect. 25. *Quale bellum, &c.* Usque ad  
 illa verba, *ita me gessi, &c.* Interferitur am-  
 plificatio

plificatio vehementior, quæ augetur con-  
iurationis atrocitas, ad concitandû in con-  
iuratos odium. Ea sumpta est ex compara-  
tione in notum: quæ bellum coniatorum  
cum barbarorum bello vt nimis crudeli  
confertur: & ex causa efficiente, hoc est, ex  
lege à Lentulo & ab aliis coniuratis consti-  
tuta, quæ tantam afferebat crudelitatem.

### PERORATIO.

DENIQUE Sect. 26. *Quibus protestantibus*  
*rebus, &c.* Extrema cõclusio est totius ora-  
tionis: quæ verbis & sententiis incredibili  
quodam sensu tractatur ad ciuium beneuo-  
lentiam conciliandam. Ostendit enim cetera  
se monumenta contemnere, sola populi  
memoria esse contentum. Et quasi  
prospiciens quæ postea acciderunt, mode-  
sta beneficij commemoratione, suam salu-  
tem populo commendat: & pollicetur se  
talem futurum priuatum, qualis fuerit in  
consulatu. Ad extremum populum hortatur  
ad venerandum Iouem, & ad vrbis cu-  
stodiam, promittitque saluti reipub. se non  
defuturum. Id autem dicendi genus in his  
causis plurimum valet in 2. de Orat. Sect.  
183. 184. 185. Scripsit M. Tullius in quibus nõ  
liceat animos hominum vehementius  
commouere. Prima pars perorationis pri-  
mis

mis verbis expressi, *Quibus pro tantis, &c.*  
 principalis ratiocinationis complexionem  
 continet. *Quamobrem conseruate huius diei  
 memoriam sempiternam.* Sed hanc variis  
 modis & ornat & auget. Primum enim,  
 vt hoc, quod elocutionis est proprium,  
 quasi præteriens dicam, proximis verbis,  
*In animis ego vestris, &c.* Per expolitionem  
 verborum idem repetit, cum tamen a-  
 liud dicere videatur. Deinde complexio-  
 nem amplificat à dissimili, cum ait, *Ni-  
 hil me mutum, &c.* Non magistratus, in-  
 quit, nec triumphus, nec statua, quæ mutæ  
 res sunt, sed memoria vestra sempiterna  
 delectat. Vbi interim benevolentiam quo-  
 que sibi conciliat, significatione animi li-  
 beralis & magni, honores & res externas  
 contemnentis. Et paulo post, vbi dicitur,  
*Vnòque tempore, &c.* Alia est eiusdem com-  
 plexionis amplificatio à pari. Infima au-  
 tem Secti. 27. *Sed quoniam eorum, &c.* Se-  
 cunda pars est Perorationis: quæ benefi-  
 cio modestè commemorando, salutis com-  
 mendationem continet. Ac principio qui-  
 dem proponit sententiam suam, eamque  
 dissimili exornat. Dissimilis est, inquit, mea  
 & aliorum victorum conditio. Suam porro  
 salutem debere populo Rom. esse curæ o-  
 stendit primò ex partium comparatione du-  
 plici

pliori: cæteris recta sua facta profunt: mea ergo mihi non debent obesse. Altera comparatio est, prouidi ne coniurati vobis nocerent: ergo illi ne mihi noceant, debetis prouidere. Sed continuo dictum corrigi, vt aduersarij deterreantur, neue maiores animos illi sumant; & quod consulem timidum ex his conicerent, ad facinus audaciores redderentur. *Quæstio* igitur est, an coniurati possint M. Tullio nocere: probat non posse, ex causis adiuuantibus, id est, ex præsidijs, quibus sit defendendus, quæ quatuor enumerat: præsidium populi & Senatus, in republica (nam per magnam dignitatem intelligit senatoriam, nisi quis ad ipsum Ciceronem id referre malit, & intelligat consulatum) vim conscientia, in aduersariis, fortem animum in seipso: singulis autem propria accommodat per quandam Digestionis speciem. Atque in quarto loco fortem se, non timidum, aperte declarat. Cùmque commendationem salutis suæ comparationibus partium ad æquitatem petitionis demonstrandam amplificauerit: deinceps ex fine, id est, ab vili declarat, idem, cum ait, *Quod si omnes impetus, &c.* Significat enim non tam sua interesse, quam populi Romani propulsari à se impetus improborum.

rum.  
men  
debat  
Nam  
cont  
fitam,  
rent a  
Hoc q  
titudu  
ro 29.  
pars e  
ferend  
ligenti  
Exord

EX C

Pr  
item ex  
tionis,  
rum, ex  
refertu  
liandam  
ne bene  
Sed in  
rei totis  
dociles  
cipalis  
& affum

rum. Nam ipse si opprimeretur, satis tamen magnam gloriam adeptus fuisse videbatur: & populus defensoribus careret. Nam cum homines viderent hanc reipubl. conseruatoribus conditionem esse propositam, vt ipsis postea moriendum esset, fierent ad rempubl. defendendam tardiores. Hoc quantam vim habeat ad animos multitudinis tractandos res ipsa declarat. Porro 29. *Vos Quirites*, &c. tertia & vltima pars est Perorationis de honore Ioui deferendo, vbi diligenter custodienda, & diligentia consulis in posteritatem. Iam vero Exordium discutiamus.

EXORDIUM EIVSDEM  
ORATIONIS.

PRINCIPIUM orationis huius, vt item exordium secundę in Catilinam orationis, lætitiā excitat in animis auditorum, exornata magnitudine accepti boni. refertur autem ad benevolentiam conciliandam, commemoratione & exornatione beneficij in rempubl. vniuersam collati. Sed in extremo breuis quædam summa rei totius proponitur vt Romani fiant & dociles & attentī. Priores autem duæ principalis ratiocinationis partes, propositio & assumptio hoc exordio amplificauit.

bus obuolutæ continentur. Vt hinc etiam  
 appareat ex visceribus causæ (ex qua ratio  
 illa principalis, quæ in vtraque sumptio-  
 ne cernitur, sumpta est) ductum esse hoc  
 exordium. Atque Assumptio propositio-  
 ni præposita cum duabus præcipuis ampli-  
 ficationibus quæ in confirmatione tra-  
 ctantur, prima Periodo comprehensa est,  
 Section. I. *Rempub. Quirites, &c.* Quæ  
 paucis ita exprimi potest: Rempub. totam  
 hodie diuina ope, meaque diligenti pro-  
 uidentia ab interitu conseruatam videtis  
 (vt hinc rursus constat ex iis quæ sunt in  
 oratione vberissima exordium sumi) cuius  
 sententiæ singula prope verba verso di-  
 cendi genere dilatantur. Verum præter-  
 missis iis quæ ad elocutionem pertinent,  
 quæ à quouis mediocriter erudito ani-  
 maduerti & notari queant: ea quibus be-  
 neficium patefactæ & oppressæ coniura-  
 tionis augetur ab oratore, perpendamus:  
 quæ ad res magis quam ad verba spe-  
 ctant. Prima igitur amplificatio est ex e-  
 numeratione partium in primis verbis,  
*Rempub. Quirites, vitamque omnium ve-  
 strum, &c.* Nam cum vniuersam Rempubl.  
 dixerit, deinde singulas partes enumerat.  
 Alia amplificatio est in illis verbis, *Deo-  
 rum immortalium, &c.* Ex causis, id est, ex  
 deorum

deoru  
 dentia  
 enim  
 uina  
 potuer  
 gna vi  
 ne par  
 gentia  
 tis, pr  
 telligi  
 qua sum  
 sentem  
 let ad i  
 cij præ  
 ratioci  
 non mir  
 uamur  
 illustre  
 amplifi  
 partium  
 mino: u  
 neficiu  
 luis, &  
 missior  
 mo arti  
 enim cu  
 Pro co  
 cendum  
 suos. ma

deorum benevolentia, & vigilantī prouidentia cōsulis, vt iam tetigimus. Magoum enim illud videri necesse est, quod sine diuina ope, tantāque diligentia perfici non potuerit. Causa autem diligentiae vt magna videatur, eam orator ex enumeratione partium amplificat: partes enim diligentiae prudentis, vel prudentiae diligentis, pro diligentia ipsa ponit: id quod intelligi potest ex 2. de Orat. Sect. 150. *Reliqua sunt in cura, &c.* Vtraque autem haec sententia hoc modo expressa multum valet ad inuidiam minuendam: quae ex officij praedicatione oriri poterat. Propositio ratiocinationis deinde sequitur, Sect. 2. *Esse non minus, &c.* Dies, inquit, quibus conseruamur, aut dies salutares, quod idem est, illustres esse nobis debent ac celebres. Hanc amplificat comparatione, quam quidam parium esse dicunt: ego comparationem minorem esse arbitror ad augendum beneficium. Id declarant illa verba, *quod saluti, &c.* Nam elatione significant & summisionem. Sed inuidiae vitandae causa, summo artificio à Cicerone tractatur. Primum enim cum dicturus esset, *Si multo magis, &c.* Pro eo dixit, *si non minus.* Deinde cum dicendum esset, *Esse apud vos posterōsque vestros maiore in honore esse debeo, &c.* Vim cō-

parationis suppressit, de se autem tertia persona locutus est. Elario autem & summissio comparationis ex causis & adiunctis dissimilibus petitur. Nam certa lætitia salutis, & incerta conditio nascendi causæ sunt maioris & minoris celebritatis. Sine sensu, & cum voluptate, modi dissimiles. Quinetiam alia minorum amplificatio notanda est: qua se conseruatorem vr̄bis cum Romulo eiusdem conditore confert: cuius redditionem paulò antè tetigimus, illis verbis, &c. *Esse apud vos, &c.* Postremæ autem comparationis hanc Apodosim Sec. 2. *Nam totius vr̄bis, &c.* Ex effectis illustrat: quibus rempubl. & vr̄bem Romã à se fuisse conseruatam ostendit. Nam exitiosos coniuuratorum impetus reipub. imminentes à se propulsatos esse profitetur. Atque hæc in tertiam Catilinariam hactenus.

\* \*  
\* \*

ARTI-

13. Vbi  
in orate  
nam, r  
ad sua  
tio pro  
manda  
Pompe  
illam q  
xerim p  
nem ad  
autem E



## ARTIFICIUM

PRIMÆ ORATIO-  
NIS IN CATILI-

*nam artificiosè re-  
textum.*

\*



Hæc oratio deliberatiui gene-  
ris est: cum suadeat orator Ca-  
tilinæ vt exeat, quod vel ex  
hac ipsa oratione constat, Sect.

13. Vbi ait, *si me consulis, suadeo.* Nam quod  
in oratore affirmat à se accusatum Catili-  
nam, nihil obstat: cum reprehensio hæc  
ad suasionem referatur. Alioquin & ora-  
tio pro lege Manilia exornationis existi-  
manda esset: cum dicat ibidem Cicero  
Pompeium ea ornari. Atqui nemo dubitet  
illam quoque esse deliberationis. Hæc di-  
xerim propter quosdam, qui hanc oratio-  
nem ad iudiciale genus retulere. Constat  
autem Exordio, Confirmatione, Confuta-

L. iij.

tione, & Peroratione, ardentique dicendi genere & incenso tota ferè tractatur. Nam interdum summis ac tenuiter orator dicit.

Quæstio autem, quæ hac prima oratione à M. Tullio tractatur, est:

*An Catilina ex urbe egredi debeat?*

Subiecta pars quæstionis huius est, Catilina, rel. quæ voces ad partem eius attributam sunt referendæ. Igitur ad cognitionem quæstionis absolutam de singulis vocibus ea sunt, quoad fieri potest, cognoscenda, quæ primo capite diximus, saltem ea, quæ ad rem explicandam necessaria videantur. Trium maximè vocum hîc habenda est ratio, Catilinæ, urbis, egressionis: cû præsertim ex his argumenta in hac oratione ducantur. Quæ omnes notæ Cicero- ni satis erant. Catilina quis fuerit Sallustius etiam scriptum reliquit, ut inde nos quoq; hominem noscamus. Urbis nomine Romanam hoc loco per Antonomasiim intelligi nemo nescit: de qua quis non loquitur? quis non scribit? Reliqua perspicua.

Quæstio autem hæc finita coniecturalis est. Pròinde argumenta siue rationes, quibus ad eam probandam vitur, sunt omnes  
ex ad-

ex adiunctis Catilinæ, præter secundâ quæ  
urbis effectum continent, quippe quæ mo-  
lestiam Catilinæ afferat: & quintam quæ ex  
effectis egressionis deprompta est. Nam  
iucundum est, quod parit delectationem.  
Quamquam quinta hæc ratio potest ex fi-  
ne deprompta dici. Finis enim egressionis  
erat, ut iucundè Catilina, & ad libidinem  
suam viveret. Quæ item sumuntur ex parte  
subiecta rationes, & Catilinæ adiuncta di-  
cuntur, ad egressionē relatæ & cum ea cō-  
paratæ causarum efficientium vim obti-  
nēt: rationes autem quinque quibus egre-  
diendum Catilinæ probet, sunt huiusmodi:

- 1 *Quia eius coniuratio patet.*
- 2 *Quia in urbe nihil eum delectare  
potest.*
- 3 *Quia omnes boni ciues eum egre-  
di cupiunt.*
- 4 *Quia ipsemet vehementer optat  
ire foras ad Manlium.*
- 5 *Quia profectio hæc iucunda illi  
futura est.*

Ex his autem rationibus in vnum con-  
globatis principalis ratiocinatio, docendi  
causa, fieri debet, quæ summam totius

orationis comprehendat, hoc modo:

*Cuius coniuratio comperta est: cui nihil potest esse incūdam in vrbe: quē ciues omnes egredi cupiunt: qui summo exeundi tenetur desiderio: cuiq; summā discessus afferet voluptatem: is urbem relinquere debet.*

*Sed Catilina hac omnia conueniūt. Catilina igitur ex vrbe proficisci debet vel in exilium, vel ad Castra Manly.*

Verum quoniam in orationis serie singulę rationes separatim tractantur, quemadmodum M. Tullius eas digesserit, & vt ex singulis singulas ratiocinationes, effecerit, quoque modo eas oratoricę tractauerit videre operępretium est. Ex primo igitur argumento, et si hoc modo ratiocinationem formare poterat:

*Cuius coniuratio patet, is egredi debet ex vrbe.*

*At Catilina coniuratio patet.*

*Catilina igitur debet egredi ex vrbe.*

Paulo tamen aliter connexa argumentandi

tandi forma, & ad ipsum Catilinam quem præsentem alloquebatur, accommodatè, sic exprimere maluit:

*Si tua coniuratio patet, muta mentem, & abi.*

*Sed patet. Abi igitur.*

Hanc autem quadripartitam fecit, assumptioni subiecta approbatione. Sed singulas argumentationis partes ita nudè ac simpliciter docendi causa propositas longè is ornatiùs & copiosius expressit. Quarum vnaquæque in quota Sectione sit, breuiter indicabimus, vt res tota planè intelligi ac perspici possit. Propositio itaque est in principio confirmationis Sect 6. *Si neque nox, &c.* Quam tamen complexio proximè antecessit, illis verbis expressa, *Quid est quod iam amplius expectes*, quæ sunt prima verba Confirmationis. Assumptio verbis illis continetur: *Teneris vndique, &c.* At illa, quæ etiam mecum licet recognoscas verba sunt interiecta, ad attentionem excitandam. Deinde additur assumptionis approbatio: quam quatuor argumentis approbat, & vnumquodque subiectis rationibus confirmat: quæ signa sunt cer-

certissima coniurationis. Primum est in Sect. 7. *Meministine, &c.* In cuius extremo brevis inter argumenta amplificatio interitur ex adiunctis cum dicitur res tanta, tam atrox, tam incredibilis. Secundum ibidem, *Dixi ego idem in senatu, &c.* Tertium Sect. 8. *Quid? cum te Præneste, &c.* Rursus excitat attentionem verbis illis, *Recognosce, &c.* ad quartum argumentum audiendum, quod paulo post sequitur, *Dico te priori nocte, &c.* Quo confirmato interserit amplificationem Sect. 9. *O dij immortales, &c.* Et ibidem, *fuiſti igitur apud Leccam, &c.* ad quartum argumentum reuertitur: idque apertius proponit, atque iterum confirmat. Ratiocinationis verò complexionem his verbis, Sect. 10. *Quae cum ita sint, &c.* Ibidem comprehendit: eamque paulo copiosius exprimit augendi causa per expolitionem: quod idem in sumptionibus efferendis ante fecerat. Ab eo deinde loco, Sect. 11. *Magna diis immortalibus, &c.* Usque ad, Sect. 13. *Quid est Catilina? &c.* Sect. 17. re probatam multiplici comparatione amplificat: complexione argumentationis ad extremum aliis verbis repetita. Atque hoc modo primam quaestionis propositae 13.

2 Rationis tionem tractauit,  
tractatio.

Sectione verò eadem, id est, 13. absoluit  
ga illa

ta illa amplificatione, & principalis rationationis complexione, quæ quæstionem siue thema continet, ideo repotuit, vt secundum illi argumentum adiungeret: quod quidem illi s verbis continetur, *Quid enim est Catilina? &c.* Ex quibus plena hæc ratiocinatio existeret:

*Cui vita in vrbe iucunda esse non potest, is egredi ex ea debet.*

*Sed Catilina vita in vrbe iucunda esse non potest.*

*Egredietur ergo ex vrbe Catilina.*

Omisit propositionē enthymemate vt sus, quod frequenter euenire solet. Cōplexio est in illis verbis, *Quid est Catilina, num dubitas, &c.* Sect. 13. Assumptio ratiocinationis, quæ est antecedens Enthymematis, complexionem statim sequitur, *Quid enim Catilina est, &c.* ibidem. Quæ assumptio vbi approbata erit, infra cum ipsa complexione repetetur, Sect. 20. *Quæ cum ita sint. Catilina dubitas, &c.* Nam ab illis verbis, *in quibus nemo est, &c.* Sect. 13. vsque ad illa, *Quæ cum ita sint, &c.* Sectio 20. probatio illius assumptionis cōtinetur, Catilina videlicet nō posse in vrbe viuere iucundè. Idque multis argumentis, ex repugnantibus: iucunditatis:

tis: quæ in hanc ratioènationem ab eo conferuntur:

*Quem omnes metuunt, & oderunt: qui summa flagrat infamia: qui est obrutus ære alieno: quem omnes sciunt sæpe rēpubl. fuisse perdere conatum: qui nō potest perficere, quæ cupit, & molitur: qui nō longè abest à carcere atque à vinculis: ei non potest nō gravis esse & acerba vita in vrbe.*

*At tu Catilina es huiusmodi,  
Non ergo potest hic cœli spiritus tibi esse incundus.*

Complexionem supra posuit, quæ assumptio erat superioris. Propositionem omittit, quam tamen infra Sect. 17. ibi, *Servi me hercle mei, &c.* quadam ex parte confirmabit. Assumptionem per partes proponit & confirmat: etsi primam partem de metu & odio ciuium initio paucis perstringit sine approbatione, copiosius infra probaturus, Sect. 16. *Veniſtis, &c.* Secunda pars est Sect. 13. *Quæ nota, &c.* quam confirmat ex turpitudine domestica, & impuritate vitæ. Interim illis verbis, *Quæ libido, &c.* amplificatio est, inter argumenta, turpis & scelerata vitæ

vitæ ex enumeratione partium. Tertia pars  
 assumptionis est illis verbis expressa, *Præ-*  
*termitto ruinas, &c.* Sect. 14. Deinde vero ibi-  
 dem complexionem repetit, Sect. 15. *Potest-*  
*ne tibi huius, &c.* vt alias ei probationes ad-  
 dat, Quarta igitur pars assumptionis con-  
 tinuo sequitur, *Cum scias horum, &c.* Quin-  
 ta pars est ibidem, ibi, *Nihil agis, nihil molir-*  
*is, &c.* Interposita suis probationibus: hæ-  
 nanque partim antecedunt, partim sequū-  
 tur. Illa tamen pauca, *Neque tamen conari ac*  
*velle desistis*, extra probationē addita sunt,  
 ad odium Catilinæ conflandum, audacia  
 ex effectis illustrata. Amplificatio igitur  
 est inter argumenta breuis: vt item illa non  
 multo post: Sect. 10. *Tamen ea carere diu non*  
*potes, &c.* vsque ad, *Nunc vero, &c.* Quibus  
 verbis repetit complexionem, vt rationes  
 alias ei subiiciat: quod antequā faciat, in-  
 serit ad mouendum leniter, ad beneuolen-  
 tiam conciliandam, pauca, cum ait, *Sic enim*  
*iam tecum, &c.* Deinde vero Sect. eadem.  
*Venisti paulo ante, &c.* Argumēta, id est, tria  
 signa subiicit ad confirmandam primam  
 illā assumptionis partē, Catilinam omni-  
 bus ciuibus esse timori atque odio, quam  
 suprā tantum tetigerat. Sed illa pauca. *Qui*  
*tibi persæpe ad eadem constitui fuerunt*, inter-  
 posita sunt argumentis: amplificandi causa.

Com-

Complexionem verò mox ibidem repetitæ  
 sæpius repetitam, Sect. 17. *Quo tandem animo,*  
*&c.* Deinceps cum ait Sect. eadem *Scrui-*  
*mehercle mei, &c.* Confirmat primam pro-  
 positionis partem de metu & odio: omnè-  
 que argumétationem ad quæstionem ora-  
 tionis principalem accommodans, probat  
 discedendum esse Catilinæ in exiliû: quod  
 in tanto ciuium odio sine summa molestia  
 viuere non possit. Argumētis tribus vtitur  
 ex comparatione firmissimis: quorum duo  
 prima ex minore sumpta sunt: tertium ex  
 pari Sect. eadem & 18. Sed tertium, *Si te pa-*  
*rentes, &c.* explicatur à Cicerone ratiocina-  
 tione tripartita: cuius partes ordine ponû-  
 tur sine vlla commutatione. Sectione vero  
 18. ibi, *Quæ tecum Catilina, &c.* Assumptio-  
 nem superioris argumentationis, amplifi-  
 candi causa & permouendæ, ea sententiarû  
 figura exornat, quam Græci *μεγαλοφωνία*  
 vocant. Postrema vero pars illius assum-  
 ptionis, cuius cæteras partes adhuc con-  
 firmavit, Catilinã non longè abesse à car-  
 cere, atque à vinculis, tractatur Sect. 19.  
*Quid quod tu, &c.* hac argumentatione:

*Qui seipsum iam dignum custodia iu-  
 dicauit, is non longè videtur à carce-  
 re atque à vinculis abesse debere:*

*Tu autem, Catilina, te dignum custodia iudicasti:*

*Quare nō longè à carcere debes abesse.*

Complexionem omittit, quia ex propositione satis intelligitur, quæ est expressa illis verbis, *Sed quàm longè, &c.* Pro assumptione ponit eius approbationem: quæ cū sua confirmatione præponitur propositioni, nam, *Quid quod in, &c.* approbatio assumptionis est: & *quid quod vitanda, &c.* eius confirmatio. Tum verò mira arte confirmatis omnibus assumptionis illius multiplicis partibus, totam illam primam argumentationem concludit, qua probavit nihil esse in vrbe, quod Catilinam delectare posset: *Quæ cum ita sint, &c.* Sec. 20. vbi pro, morari, legendum est, morari.

Deinceps Sect. eadem 20. *Refer, inquis, ad 3.* Ratio *senatum, & sequenti 21. & 22.* tertium argumentum tractatur, quo probet discedendū esse Catilinae, quod ciues omnes id velint & cupiant. Id quod probat ex enumeratione partium, quod & senatores, & equites, & plebs vniuersa, quæ particeps non sit coniurationis, discessur illius gauisura sit. Sed nota quàm artificiosè hanc primam partem ingrediatur, per anteoccupationem, Singulis etiam partibus probationes adiectas.

Ratio  
principa-  
lis.

Etas obseruare oportet : etsi duæ posterior-  
res, de equitibus & plebe, conuictæ pro-  
bantur. Paulo verò post, Sect. 22. *Quan-  
quam quid loquor, &c.* Digreditur confir-  
mata re ad amplificandum, antequam con-  
cludat, & quoniam vtrūque genus ibi mo-  
tum permiscet, ad inflammandum & cō-  
ciliandum, locus est etiam miro artificio  
temperatus ex vtroque genere dicendi, &  
eo, quod lenitate permulcet hominū men-  
tes, & eo, quod atrocitate perturbat. Pro-  
trahitur amplificatio ad complexionem  
vsque, quæ est Sect. 23. *Quamobrem vt saepe  
iam dixi, &c.* Hanc enim permotis animis  
iecit ad extremum. Sed ea rursus amplifi-  
catur ex repugnantium, & contrariorum  
rerum contentione.

Non multo verò post Sect. 24. *Quan-  
quam quid ego te inuitem, &c.* Transit M.  
Tullius ad quartum argumētum, quo Ca-  
tilinæ abeundum probat, ex eiusdem vo-  
luntate & desiderio, id est, quod ipse velit  
etiam, & cupiat exire, siue quod sua spon-  
te sit egressurus. Idque hac ratiocinatione  
tractatur.

*Qui iam dudum vehemēter egredi ad  
bellum exoptat, is proficisci debet,  
& urbem relinquere.*

*Tu autem, Catilina, iam pridem vehementer exoptas ire ad Manlium. Proficiscere igitur, & urbem relinque.*

Propositionē omisit: Assumptionis probatio prima est in illis verbis, *à quo iam sciam, &c.* Illa autem pauca, *quam tibi actus, &c.* vsque ad, *constitutum fuit.* itēque illa, *Tu ut illa, &c.* *Transtulisti,* extra probationem sunt ad amplificandum inserta. Complexio cum assumptione Sect. 25. succedit. *Ibis tandem aliquando, &c.* Vnde principalis concluditur: Si enim aliquando tua sponte egressurus es, nunc egredere.

Continuò deinde quintum quæstionis argumentum subiicit. Vult enim ob eam causam relictæ vrbe Catilinā ad Manlium discedere, quod id iucundum illi futurum sit. Tractat hoc argumentum Collectione quadripartita. Subdit enim huic argumento, tanquam propositioni Collectionis, rationem ex tribus causis efficientibus illius iucunditatis, *Ad hanc te amentiam, &c.* Sect. eadem 25. Cui rationi addit confirmationem naturæ & voluntatis ex effectis, *numquam tu, &c.* & fortunæ item ex effectis, id est, ex euentu fortuito, *naclus es ex perditis, &c.* Complexio illis verbis continetur, Sect. 26. *Hic in qualætitia, &c.* Sequitur de-

inde iucunditatis illius, siue voluptatis amplificatione re confirmata, ab illis verbis. *Ad huius vitæ studium, &c.* vsque ad confutationem. Amplificationis verbum extremum est, nominaretur.

### CONFUTATIO.

HACTENVS ostensum est, quemadmodum M. Tullius quinque rationes illas tractauerit: nunc breuiter etiam nonnulla de refutatione dicamus. (Cuius initiũ est Sect. eadẽ 27. *Nunc ut à me P.C. &c.* Cum enim nonnulli defenderent, aut defendere saltem potuissent, Catilinam debuisse necari a consule: voluit ostendere cur id non faciendum iudicauerit. Contrariæ igitur sententiæ argumenta primum proponit. Fingit enim (idque ornatissimè) patriam obiicientem per prosopopæiam ea, quæ contrà dici poterant. Ad quæ postea respondet Sect. 29. ibi, *Ego si hoc optimum factu, &c.* Cõceditque vera esse quæ dicta sunt, perniciosum ciuem debuisse interfici: sed negat id expedire reipub. cum ei vt lius futurum sit, si cum suis egrediatur. Hac autem ratio inatione reliqua oratio comprehensa est:

*Si esset vtilius Catilinam inte fieri  
quàm*

*quàm emitti, interfecissem.*  
*Sed utilius est Reipubl. ipsum emitti*  
*quàm necari.*

*Quamobrẽ non interficiatur, sed emit*  
*tatur, & ex vrbe egrediatur.*

Sumptiones suis approbationibus confirmantur: quanquam hic prætermisit assumptionem: quæ ex eius approbatione perfacile intelligitur: quod in alia quadam argumentatione supra ostendimus. Approbatio est in illis verbis, Sect. 30. *Nunc intelligo, &c.* Sed illa verba, Sectio. 29. *Quod si ea, &c.* Itémque illa, Sectio. 30. *Quanquam nonnulli,* quæ per correctionem propositionis approbationi subiecta ipsi assumptioni præponuntur, digressionem quandã continent ad amplificandum tum conciliandi causa, tum permouendi. & in *Quanquam,* &c. est amplificatio posterior ad permouendum. Quia ciues improbi quidam notantur, & illis odium conflat. Ratiocinationis complexio, &c.

### PERORATIO.

RATIOCINATIONIS complexio est eadem principiũ Perorationis, Sect. 32. *Quare P. C. secedant improbi, &c.* In ea verò  
 M. ij.

peroratione variis vitur amplificationibus partim ad inflammandum in coniuratos odium: partim ad conciliandam sibi beneuolentiam accommodatis. Prima amplificatio est ex effectis, quibus augetur eorundem improbitas ad odium. Secunda ibi, *Polliceor vobis, &c.* ex adiunctis personarum, Digestione ornata: quæ adiuncta etiam vt causæ adiuuantes eadèmq; perimentes rectè intelliguntur opprimendæ coniurationis, atque hæc ad beneuolentiam. Rursus Sect. 33. ibi, *Hiscè omnibus, &c.* Repetitur cõplexio, & amplificatur egressio ex fine turpi, vt bellum impium ac nefarium gerat: & hic finis augetur & causis adiuuantibus cum contentione contrariorum. Ad extremum Ioui supplicans, quem vt causam adiuuantem principem coniuratorum opponit potentia, totam illi rem commendat. Sed & ad illius potentiam, & horum improbitatem augendam amplificationes ex definitionibus cõglobatis variæ, illæ ad beneuolentiam, hæc ad inuidiam afferuntur.

PERORATIO  
DE EXORDIO.

CVM nulla in hac oratione narratio sit, quæ sit pars ab aliis distincta: Exordium paulo

paulo longius protrahitur vsque ad illa  
 verba Sectio. 6, *Etenim quid est, Catilina, &c.*  
 in quibus initium confirmationis esse di-  
 ximus. Sed exordium quomodo ex ipsius  
 causæ visceribus depromptum sit & quo  
 maximè spectet, videndum est. Causa siue  
 quæstio finita, quæ hîc tractatur, est, vt su-  
 præ diximus, *An Catilina egredi ex vrbe de-  
 beat.* Iam prima fronte animadvertere li-  
 cet ex adiunctis, *Catilinae*, (quæ pars est  
 subiecta quæstionis) quod sit homo auda-  
 cissimus: quæ audacia variè amplificatur  
 primum ex effectis audaciæ, quod tam diu  
 non vereatur abuti senatorum, bonorum-  
 que omnium patientia, quod tam diu om-  
 nes eludat, quasi furens audacia scilicet: vt  
 in principio secundæ orationis dicitur: quod  
 tam diu se iactare non dubitet, &c. Deinde  
 ex causis pertinentibus, id est, ex iis, vel  
 rebus vt præsidis, & excubiis, vel perso-  
 nis & earum autoritate grauissima, quæ cû  
 plurimum ad opprimendam illius auda-  
 ciam, & exanimandum deterrendumque  
 hominem à nefariis consiliis valeant: his  
 tamen nihil ille moueatur. Vnde necesse  
 summam illius audaciam videri. Quæ rur-  
 sus auget ex effectis, quod cum perspecta  
 sciat sua consilia, prodire tamen in con-  
 spectum hominum & in senatû venire non

dubitet, & illic vnumquemque designare ad eandem Præterea, cum ex iis quæ in oratione sunt vberissima duci etiam exordium soleat: & in confutatione huius orationis, vt supra demonstratum est, illud accuratissime disputetur, sitne interficiendus Catilina, an eijciendus: ex ea quoque parte pars altera principij ducta est, in qua Catilinam asseuerat & disputat debuisse necari, cuius partis initium est. Sect. 2. *ibi, Nos autem viri fortes, &c.* Omnia autem quæ in hac parte dicuntur amplificando, ad extenuandam atque abiciendam consulis fortitudinem quam eadem de causa ignauiam vocat, (nam & per Ironiam dicit, *nos autem viri fortes*, cū aliud significare velit) referuntur. Extenuatur autem fortitudo & augetur ignauia ex effectis, quod satis habeat consul vitare illius furorem, & à re-pub. auertere, quem interfici iussu consulis iam pridem oportebat. Hanc verò partem aliis amplificationibus auget, primum à pari, vt interficiatur, qui vult alios interficere. Deinde ex comparatione minorum, *ibi, Sect. 3. An verò vir, &c.* Rursus à pari exemplo, *ibi, Nam illa nimis, &c.* Deinde contentione contrariorum multiplici. Nam in primis verbis, *Fuit, fuit, &c.* comparatur fortitudo antiquorum cum igna-

uia cōsulis & illorum fortitudo ex effectis augetur cum minorum quadam comparatione. Deinde Senatorum præsentium fortitudinem, quam extollit etiam ex eventis, cum sua itidem ignauia confert, cum ait, *Habemus enim, &c.* Rursus veterum senatorum, & consulum, eodem modo animi magnitudinem, ex effectis auget, & suam ignauiam similiter damnat in apodosis comparationis, vbi dicitur Sect. 4. *At nos vigesimum, &c.* Cuius protasis fuit, *Decevit quondam, &c.* Sed in hac postrema cōtentione, includitur etiam cōparatio minorum: cum leuiores illi commississent, qui olim occisi sunt, quã Catilina. Elatio igitur & summissio in omnibus illis minorum comparationibus ex effectis sumitur. Sed apodosis illa rursus amplificatur ex cōtentione repugnantium, quod qui interfici debuerit, viuat: & hoc ex fine turpi augetur, cum contrariorum contentione. Deinde vero, eadem Sect. 4. vbi dicitur, *Cupio P.C. &c.* Rursus suam auget ignauiam, primum, Clementia sua cum illa dissimiliter conferenda: deinde ex adiunctis vel potius ex causis perimentibus, id est, ex multis maximisque malis reipubl. imminencibus, quæ omnem huiusmodi ignauiam exterere, & consulem ad illis occur-

rendum interficiendo Catilina excitare deberent, cū tamen tergiuerfetur & procrastinet. Sed vt paulo ante, clementiæ quafdam fignificationes dedit, ita tandem cum ait, Sect. 5. *Si te iam, Catilina, &c.* Vsq̄ue ad confirmationē dat fignificationes prudentiæ fuæ, & vigilantia: quātū rerum amplificationes ex effectis depromptas effe conftit. Concludit ergo non expedire, vt nūc interficiatur Catilina, fed expectandum effe tempus magis opportunum: in quibus verbis totius orationis propositio, quæ ad docilitatem valet, inuoluta eft. Habes vnde & quomodo ductum fit: nunc paucis accipe quo maximè fpectet hoc principiū. Cum igitur omne principium ad mouendum pertineat, perfpicuum eft ad inflammandos animos, & vehemens in Catilinā odium præcipue referri. Quanquā prior eius pars, in qua augetur Catilinæ audacia, hanc vim habet maximè: posterior in qua confulis vel fortitudo extenuatur, vel ignavia augetur ea dicit Orator, quæ vim habeant beneuolentiæ fibi à fua perfona conciliandi: cū fic amabiles fuos mores fignificet, dāda fignificatione modestiæ, lenitatis, prudentiæ, & ftudij patriæ à periculis defendendæ. Cūque fedatoria foleant effe principia, vt & Cic. admonet in 2. de Orat.

Sct̄.

Sect. 317. *Neque dubium*. &c. Hoc tamen  
vehemens & pugnax est, cum id & pericu-  
li magnitudo, & Catilinæ præsentis auda-  
cia, & reipubl. salus postularet.

Hæc de inventis rebus, & earum ordine  
ad quæstionem explicandam, quo pacto  
tanquam nervi & venæ per totum corpus  
orationis diffundantur: quas cum nudas fe-  
rè proposuerimus, facile quivis intelliget  
ex reliquis, quæ vix attigimus, quis orna-  
tus accesserit. De hoc enim pauca in transi-  
tu diximus: vel quia minus perspicua fuif-  
sent quæ attulimus, tot simul rebus, expli-  
candis: vel quia ex dictis videtur satis pos-  
se à perspicacibus intelligi, ab iis præfer-  
tim qui elocutionis præcepta tenuerint:  
vel quia si eo non explicato sibi sa-  
tisfactum non putent eloquen-  
tiæ candidati, separa-  
tim alias aperi-  
ri poterit.

ARTI-



ARTIFICIVM  
DIVINATIONIS  
IN VERREM

*artificiose re-  
textum.*

\*

**A**IUS Verres triennium in Sicilia, quaestore Q. Cæcilio prætor, eam crudelissimè atque acerbissimè vexavit. Quare Siculi, cum vellent vlcisci acceptas a Verre iniurias: & ea quæ per vim abstulerat, recuperare, Romam profecti, præter Mæmerti nos & Syracusanos, Verrem repetundarum accusarunt: & à M. Tullio contenderunt, vt Verris accusator esse vellet. Quod ille onus officij religione adductus libenter suscepit: & præter consuetudinem ad accusandû Verrem descendit. Sed quoniam extitit Q. Cæcilius, qui accusationem sibi diceret esse deferendam, quod & inimicus esset Verris, à quo se læsum asserbat: & quaestor eius in ea Prouincia fuisse,

ser,  
lius  
trou  
est, q  
lius  
cilio  
culis  
ab ec  
tion  
ciale  
Tull  
quo  
tur: &  
mule  
ret. a  
Q  
sa qu  
Vir  
c  
Sine,  
M  
-a  
co  
A r  
spicie  
narun  
affine

set, qui ob eam causam illius crimina melius nosset: ante veram accusationem controversia de accusatore constituendo nata est, quæ<sup>a</sup> diuinitio dicitur: in qua M. Tullius contendit se esse præponendum Cæcilio actorem in causa Verri, quod & a Siculis rogatus sit, & se minimè velit Verres ab eo accusari. Vnde perspicuum est orationem hanc ex Verrinis primam ad iudiciale genus pertinere. Quod idem ipse M. Tullius in partitionibus oratoriis docet, quo loco huius generis præcepta persequitur: & Fabius lib. 3. cap. 10. extremo, vbi cū multas generis iudicialis species enumeret, ad eas etiam reuocat diuinationes.

Quæstio igitur orationis huius, & causa quam tractat hîc orator, est huiusmodi:

*Virū sit aquius, à Cicerone an à Cæcilio accusari Verrem?*

Sic, quod eodem redit:

*Marcus ne Tullius, an Q. Cæcilius actor præponi debeat cause Siculorū contra Verrem?*

Ad hanc ergo quæstionem melius perspicendam, habenda est omnium personarum, quæ in ea cernuntur, quæque his affines sunt, notitia, qualis vnaquæque sit, quid

Quintil.  
1.7. cap. 4.  
Aron.  
Pæd. Gell.  
lib. 2. c. 4.

n Si-  
pæ-  
ue a-  
e Si-  
erre  
, re-  
Ma-  
epe-  
con-  
ellet.  
ctus  
inem  
quo-  
atio-  
od &  
asse-  
fuis-  
set,

quid valeant singulæ, cum ex his tota hæc fere pendeat controuersia: & indidē argumenta eruantur. Sed nec illud ignorandum quod M. Tullius in partit. pag. 606. gryph. & 607. scriptum reliquit, in causis de constituendo accusatore quæri de æquitate nō simpliciter, sed ex comparatione nonnunquam. Ex quo perspicitur causam hæc esse qualitatis comparatiuam, vt ait Ascōnii. Quæritur enim quale sit genus ipsum rei, & quæritur ex comparatione, Æquiusne sit à Cæcilio accusari Verrem, an a Cicerone? Qua in quæstione totius est causæ status. In priorj de Inuentione pag. 189. idem M. Tullius hoc genus causarum appellat coniunctum ex comparatione, sed pag. 187. statum qualitatis, hoc est in quo quæritur quale sit genus ipsum rei, aut negotialem affirmat esse, aut iudiciale. Negotialem, in quo quid iuris ex similitudine & æquitate sit consideratur. Iudiciale, in quo æqui & recti natura, aut præmij aut pœnæ ratio quæritur. Ex qua distributione, cum causæ omnes de constituendo accusatore positæ sint in ciuitatis moribus & iure civili, constat diuinationis huius negotialem esse statum, vt scribit Ascōnii, non iudiciale.

Duabus autem rationibus propositam  
 Liup quæ-

quæ

1. Q

a

2. Q

re

Ca

sibi a

1. Q

m

2. Q

pra

ro

Qu

rio: vt

quem

cæ di

timefc

reo, &amp;

nim vu

locis, &amp;

ris vi

partiti

Arg

Cicero

ponend

velint:

sunt, qu

quæstionem M. Tullius confirmat:

1. *Quòd Ciceronem maxime volunt actorem Siculi.*
2. *Quòd eundem minimè vult Verres.*

Cæcilius totidem firmamenti eandem sibi accusationem vendicabat:

1. *Quòd esset Verri ex quaestura inimicus.*
2. *Quod quaestor in Sicilia, eodem pratore, crimina eius melius Cicerone nosset.*

Qua ex contentione nascitur illi iudicatio: vtrum accusatorem cõstitui sit æquius: quem maximè velint ij, quibus iniuriæ factæ dicantur, & reus vehementissimè pertimescat: an qui fuerit quaestor & socius reo, & iniurias suas persequi studeat. Sic enim vult M. Tullius detractis temporibus, locis, & personis, infinitè de vniuersi generis vi & natura in iudicatione quaeri in partition. pag. 601.

Argumenta autem illa, quibus probat Cicero se actorem causæ Siculorum proponendum esse, quòd se Siculi maximè velint: minimè velit Verres, duo signa sunt, quibus confirmatis, vter melius causam

lam illam sit acturus appareat. Quid enim  
 est cur & Siculi Ciceronem maximè ve-  
 lint actorem esse, & Verres quemuis aliū,  
 quàm Ciceronem malit? nimirum agente  
 Cicerone & Siculi sperāt se facillimè pos-  
 se recuperare res suas: & Verres effugere  
 iudicium seueritatē se posse diffidit. Et ta-  
 men quod inītio positum homini animos  
 offendisset, id postea in cōfirmatione duo-  
 bus signis commodiūs inductum & expli-  
 catum cum artificiosa modestiæ signifi-  
 catione, mirum quātam vim habeat ad vin-  
 cendum. Verū signa M. Tullius nunc in<sup>b</sup>  
 adiunctis ponit: nunc<sup>c</sup> ad euentus, qui effi-  
 ciuntur ex causis, refert. Quæ utraque Ci-  
 ceronis ratio & probabilis & vera est. Nā-  
 que signa, earum quidem rerum, quas pro-  
 priè indicant, sunt effectus: hominum au-  
 tem & negotiorum sunt adiuncta. Verbi  
 gratia, pallor, tremor, hæsitatio, conscient-  
 iæ quidem, quam significāt, sunt effectus:  
 cædis autem factæ, & eius qui arguitur fe-  
 cisse, adiuncta sunt, non effecta. Pari ratio-  
 ne voluntas & iudicium tum Siculoꝝ, tum  
 Verres de Cicerone & Cæcilio, si cum a-  
 gendi facultate, cuius indicium est, com-  
 paretur, euentus: si cum hominibus ipsis  
 Cicerone & Cæcilio conferatur, adiunctū  
 erit. Quanquam de his duabus M. Tullij  
 ratio-

b In topi-  
 cis pag 553.

c In parti-  
 tion. pag.  
 613.

rati  
 qui  
 quo  
 tia  
 Ver  
 ad a  
 sunt  
 figi  
 men  
 stura  
 adiu  
 ne, q  
 tur, c  
 T  
 com  
 Cūm  
 lia  
 ab  
 tij  
 pr  
 me  
 et a  
 ni  
 se a  
 au  
 u m

ratio-

rationibus posterior mihi placet magis, quia ex signis illud directio concluditur, quod significatur: vt ex pallore conscientia facinoris, ex voluntate Sicularum & Verris metu facultas Ciceronis & Cæcilij ad accusandum. Signa verò non adiuncta sunt, sed effectus eorum, quorum sunt vestigia, atque signa. Idem de Cæcilij firmitatis iudicium. Nam inimicitia & quaestura, & scientia seu cognitio criminum, adiuncta sunt hominis: ita si cum accusatione, quam ipse sibi deposcebat, comparentur, causarum potius rationem obtinent.

Tota denique hac vna ratiocinatione comprehensa est:

*Cum de pecunijs repetundis nomen alicuius defertur, si certamen inter aliquos sit, vtri potius, aut cui potissimum delatio detur, hac duo in primis spectari oportet: quem maxime velint esse actorem, & quibus facta dicantur iniuria: & quem minime velit is, qui eas iniurias fecisse arguatur: non qui sit inimicus reo, aut qui fuerit ei quaestor in pronuncia.*

*Siculi*

*Siculi autem M. Tullium defensor-  
rem calamitatum suarum, ultorem  
iniuriarum, cognitorem iuris sui, a-  
ctorem cause totius esse voluerunt:  
M. Tullio minimè vult dari dela-  
tionem Verres.*

*Ergo licet Cecilius sit inimicus Verri,  
ei que fuerit quaestor in provincia:  
Ciceronem tamen Siculorum causa  
actorem præponi conuenit, non Ce-  
cilium.*

Tribus verò tantum partibus hæc diui-  
natio continetur, Principio, Confirmatione,  
Peroratione. Narrationes interpositæ  
multæ sunt, vt suis locis ostendemus. Nar-  
ratio propria iudicij nulla est. De singulis  
igitur partibus dicendum est, in quibus va-  
rio dicendi genere, vt in reliquis in Ver-  
rem actionibus, vritur. Nunc enim subli-  
mis est, nunc humilis, aliàs inter vtrumque  
fertur medius. Sed à confirmationis discul-  
sione, vt antea fecimus, ordiamur.

#### CONFIRMATIO.

Confirmatio igitur orationis huius, ad  
quam transit M. Tullius pag. 159. ibi, *Nunc  
quoniam quibus rebus, &c.* diuisa est, vt ferè  
solet

solet in duas partes, in Confirmationem & Confutationem. Primum enim orator ad iumenta suæ causæ diligenter exponit, & confirmat: deinde contraria, hoc est, Cæcilij firmamenta refellit, proximis autem eiusdem pag. verbis illis, *Ego sic intelligo, iudices, &c.* supra positæ ratiocinationis propositio continetur: quæ & partitionem complectitur prioris partis confirmationis, in qua sua diximus ab oratore confirmari. Cum enim ratio Ciceronis duas habeat partes, in totidem diuidit confirmationem. Priore parte dictum pollicetur se maximè à Siculis expeti: posteriore, maximè à Verre timeri.

Totam verò eam confirmationis partem, quæ pertinet ad hoc probandum, Ciceronem causæ Siculorum actorem præponendum esse, quia eum Siculi maximè volunt, possumus cum eodem hac argumentatione complecti:

*Optimorum fidelissimorumque sociorum, quibus iniuria facta sunt, voluntatem apud iudices valere plurimum, & grauem esse oportet.*

*Siculi autem optimi & fidelissimi populi Romani socij multis à Verre*

*iniurijs & calamitatibus affecti,  
volunt à Cicerone accusari Vete-  
rem.*

*Danda est igitur delatio Ciceroni.*

Assumptionem huius argumentationis priore loco ponit M. Tullius : posteriore propositionem. Vtranque deinde eodem ordine confirmat. Quamquam assumptio illa periodo inclusa, *Adsum, queruntur Siculi, &c.* suis probationibus intericitur. Etenim verbis illis, *Siciliam provinciam, C. Verres, &c.* quæ brevis cuiusdam narrationis speciem habent, pars illius comprobatur ex enumeratione partium, id est, calamitatum & iniuriarum, quibus affecti Siculos Verres. Illis deinde verbis, *Utrum Q. Cæcilij hoc dices, &c.* assumptionem breuiter vrgendo Cæcilio, (ad unctâ illi eodem modo propositione paulo post probanda) repetitam, argumento primum insito, deinde pluribus assumptis probat. Illis ergo verbis, pag. 160. *Primum causam inimici tui subleuabis, &c.* prius argumentum est, quo probat Siculos hoc à se petisse, atque hoc velle, simulque perstringit Cæciliû, quem ex eo argumento directo probat non esse Verris inimicum, si id neget. Id ita breui-

ter  
à C  
ris.  
ten  
eigo  
dice  
præ  
caus  
ptu  
pug  
sc in  
com  
repet  
nem  
nus e  
Vbi p  
inde  
adiun  
mon  
præce  
ipsum  
rumor  
rat, v  
retur.  
uit Sic  
tatum  
Verre  
loqueb  
bebant

ter concludi potest; Qui negat Siculos hoc à Cicerone petisse, subleuat causam Ver-  
ris. Fauet enim reo, qui nullum esse con-  
tendit, à quo ut nocens petatur. Cæcilius  
ergo si id neget, non se Verris inimicum  
dicere poterit, sed simulare inimicitias, ut  
præuaricetur, & amico profit, & prodat  
causam Sicularum. Argumentum hoc sum-  
ptum est ex repugnantibus. Nam hæc re-  
pugnant, subleuare causam Verris, & ei es-  
se inimicum. Et hoc ipsum paulo post per  
commorationem ironia eleganti vestitam  
repetit. Sequitur deinceps ad assumptionem  
probendam posterius argumenti pe-  
nus ex testimoniis, ibi, *Deinde testes sunt, &c.*  
Vbi primum nominat singulos testes, de-  
inde vniuersos generatim, omnes ferè ex  
adiunctis commendando ad pondus testi-  
monij. Quanquam alia duo testimonia  
præcesserant, vnum ipsius Verris, qui hoc  
ipsum ita esse ex stimari volebat: alterum,  
rumor populi, qui ea de re ita percrebue-  
rat, ut Verres iam damnatus vulgo iacta-  
retur. Populus enim Romanus vbi cogno-  
uit Siculos quæsisse defensorem calami-  
tarum suarum, statuit fieri non posse, ut  
Verres absolueretur; atque ita homines  
loquebantur. Eam populi opinionem ha-  
bebant iudices tanquã præiudicium quod-

dam à populo factum, quod in iudicando  
 sequerentur. Verum orator augenda rei  
 causa, vt ostenderet quantum ea res obef-  
 fet Verri, non præiudiciũ fuisse dixit, sed  
 planè iudicium, quo vir nocentissimus iam  
 penitus videretur esse damnatus. Itaque  
 in principio sequentis orationis sic dicit,  
*Reus in iudicium adductus est C. Verres, homo  
 vita atque factis, omnium iam opinione damna-  
 tus: pecunia magnitudine, sua spe, ac prædica-  
 tione absolutus.* Quæ cum ita sint, argu-  
 mentum illud prius, quod infitum dixi-  
 mus, assumptis interpositum fuerit ac per-  
 mixtum. Porrò M. Tullius in vltimo testi-  
 monio sic à totius Siciliae legationibus  
 duas excipit ciuitates, Syracusanorum, &  
 Mammertinorum, vt id ipsum in sua cau-  
 sâ commodum vertere conetur, & per-  
 commodè cecidisse ostendat, ne res ab il-  
 lis ciuitatibus repeterentur: vt illa quoque  
 crimina proferre & commemorare possent,  
 quæ iis ciuitatibus fuissent cum Verre cõ-  
 munita. Nam si Mammertini & Syracusani  
 Verrem cum cæteris accusassent: omnia  
 Verri crimina, quæ eadem ad Mammerti-  
 nos & Syracusanos pertinerent, prætereun-  
 da fuissent, aut videretur quos derenderet  
 Siculos accusare. Duo autem crimina dixit  
 M. Tullius, cum per multa sint: quod non  
 sigil-

sigilla  
 multa  
 tinentur

Ca

à me p  
 bus an  
 ad pro  
 tificio  
 cultate  
 præ ca  
 num d  
 propo  
 ea con  
 omner  
 nem,  
 petisse  
 ciz cau  
 debatu  
 patron  
 erat, id  
 enim in  
 signific  
 fication  
 vel reti  
 Sunt ig  
 effectis  
 compar  
 aliis pat  
 ali vel

figillatim, sed generaliter loqueretur. Omnia hæc crimina duobus generibus continentur, ex Aſconio.

Cæterum cum ait pag. 161. *At enim cur à me poſiſſimum*, &c. confirmata ſuperioribus argumentis aſſumptione, priuſquam ad probandam propoſitionem accedat, artiſticioſè aliud argumentum innuit, de facultate ſua, quæ Siculos impulerit vt eum præcæteris, & maximè præ Cæcilio patronum deligerent. Quod quia nunc aperte proponere non audet (faciet enim id poſtea commodius) rectè idem ſignificando, omnem à ſe remouet arrogantiaſ, ſuſpicionem, quæ ex eo poterat oriri, quod à ſe petiſſe Siculos affirmabat, vt eius prouinciaſ cauſam ſuſciperet. Hoc eum dicere videbatur, ſe à Siculis, omnibus antepoſitum patronis. Atque ita quod argumentationis erat, id ad amplificationem tranſtulit. Rem enim ita tractauit, vt amabiles ſuos mores ſignificando, & modestiaſ ſingularis ſignificationes dando, iudicum beneuolentiam vel retineret integram, vel etiam augeret. Sunt igitur amplificationes modestiaſ effectiſ: quibus aliaſ interim adduntur ex comparatione diſſimilium: cum ſe ipſe cū aliis patronis diſſimiliter comparet: quod alijs vel tempore impediuntur, qui alijs di-

stricti negotiis huic vacare non poterant: alij valetudine, quibus vires ad causam tantam sustinendam non suppetebant: etiã si facultas illis omnibus non deesset: alij denique ipsa (quod caput erat) facultate, qua destituti, etiã si abundarent otio & viribus, causam eiusmodi nunquam agere potuissent. Atque hinc perstrinxit Cæcilium, ut item paulo post, cum ait, *me ut malleis, quàm neminem.* Si enim Cæcilius hanc egisset causam vel nulla vel pertenui facultate agendi præditus, perinde fuisset ac si nemo egisset. Atque ita tectè quoque odium aduersario conciliat: quod facit paulo post, probata propositione apertius.

Sequitur deinceps, per modum transitionis assumptione repetita propositio, cū dicitur, *Reliquum est iam,* &c. quam tamen bis iam supra pag. 159. cū & rem proponeret, & assumptionem virgendo Cæcilio repeteret, tetigit: nūc autem pluribus comprobendam constituit. Propositio est huiusmodi.

*Socij populi Rom. in suis rebus repetendis plurimum apud vos auctoritatis habere debent.*

Vel, quod idem est:

*Sociorum pop. Rom. fideliss. voluntas,*  
in suis

in  
r  
d  
H  
sunt  
1. Q  
d  
2. Q  
se  
ag  
le  
Qu  
prom  
ctus e  
dicūtu  
delicet  
ration  
verò d  
conclu  
Eorū  
rum  
Lex a  
cau  
Quar  
socio

*in suis rebus repetendis per iniuriam ablati, apud vos graue esse debet.*

Hanc duabus rationibus confirmat, quæ sunt huiusmodi.

1. *Quòd Sociorum causa lex repetundarum est constituta.*
2. *Quia si loqui una voce socij possent, id eis concedendum esset ut agerent ipsi causam suam, si velent.*

Quarum rationum prior & effectus deprompta est. Legis enim constitutio effectus est ex eorum numero, quæ destinata dicuntur: socij verò, finis legis, quorum videlicet causa fuit lex constituta. Atque hæc rationem tractare incipit illis verbis, *quasi verò dubium sit, &c.* & hac ratiocinatione concludit.

*Eorū arbitrata lege agi oportet, quorum causa lex est constituta.*

*Lex autem repetundarum Sociorum causa constituta est.*

*Quare lege repetundarum arbitratis sociorum agi oportet.*

Id est, In rebus ex lege repetendis, Socio-  
rum voluntatem sequi conuenit.

Complexio cum Assumptione præce-  
dit (nam superioris ratiocinationis propo-  
sitiō, huius est conclusio) propositio autem  
seu maior vltimum locum occupati, vt ex  
contextu ipso patet. Sed assumptionem M.  
Tullius confirmat dīssimilitudine ciuū  
& sociorum in repetitione rerum ablata-  
rum, cum ait, *Nam ciuibus, &c.* Hoc enim  
discrimen erat inter iudiciū repetunda-  
rum, & iudiciū illud, quo ciuis à ciue a-  
liquid petebat. Primum, quōd iudiciū  
repetundarum publicum erat, illud priua-  
tum. Deinde quōd iudiciū repetundarū  
erat criminis, illud ciuis. Hæc ferè Asco-  
nius. Cæterum redditio dissimilitudinis  
per expolitionem verborum aliis atque  
aliis verbis exprimitur non semel. Sed &  
amplificatio breuis inter argumenta illis  
verbis continetur: *cuius legis non modo, &c.*  
*requiruntur.* quibus iudices ipsos neglecti of-  
ficii insinuat, & religionis metum incu-  
tit, qui se minus seueros legum custodes  
exhibeant. Amplificatio igitur ex adiu-  
ctis est, assumptione, tunc breuiter, com-  
probata: cui propositionem ipsam conti-  
nuo subiungit, cum ait, *Quis igitur est, &c.*  
Atque hūc ad modum ratio prior ex dua-  
bus

bus pr  
Pos  
si ma  
comp  
posset  
vellet  
loqui  
tribue  
Quod  
pari ra  
quem  
gis. Su  
Tulliu  
nis orn  
tionem  
lat. Sed  
ne ante  
bis tem  
duplici  
ratione  
tum, al  
set simp  
habui, i  
oratio p  
Re ho  
nis amp  
Cæcilij  
tatem v  
iudices



nes præcipuæ sumuntur ex effectis illorum vitiorum, quæ Cæcilio inuruntur: sed aliæ interim adiectæ sunt, veluti administræ quibus illæ multo etiâ grauiores redduntur: vt de dicendi modo & orationis vehementia nihil dicam. Ac prima quidem impudentiæ ex effectis amplificatio verbis illis continetur, *In huiusmodi re quisquam, &c.* Nam alienam causam inuitis iis, quorum negotium est, velle suscipere, impudentis est. Quod ita generatim propositum, mox ad Cæcilium specialium accomodat, qui se Sicularum causæ, ipsis inuitissimis offerat, cum ait, *Si tibi Q. Cæcili,* &c. vbi amplificatione alia vititur ex comparatione minorum: quæ sic explicari potest quàm breuissimè: Si Siculi dicerent nolle se suam causam à Cæcilio defendi, quòd eum non nossent, æquum sanè postulare viderentur, & Cæcilius merito repudiare: nunc ergo cum sibi vtrumque notum esse fateantur, multo æquius alterum amplectuntur, alterum repudiant, quod is causam defendere nec velit, nec possit. Elatio & summissio petitur ex causis Sicularum volûtatis, cur alterum velint & amplectantur, alterum nolint & repudient. Causæ sunt, vtriusque cognitio, voluntas defendendi & facultas. Verùm protasis augetur

getur  
qua C  
cum  
Apo  
politi  
tione  
ferere  
ad ma  
strand  
ficatio  
puden  
vel im  
omnes  
ex his  
tione r  
si de S  
est, eos  
immar  
tunis o  
statem  
dele est  
tur: qu  
statem  
porro C  
eum no  
pudenti  
eo inuit  
quorum  
rus, ide  
getur

getur etiam contentione contrariorum, in qua Cæcilium Siculis tanquam ignotum, cum Cicerone planè iisdem, noto confert. Apodosim quoque variis modis per expositionem verborum expressam, contentione repugnantium amplificat. Nam deserere ac defendere repugnant. Atque hæc ad magnitudinem impudentiæ demonstrandam pertinent: quæ sequuntur amplificationes quanta sit Cæcilij nõ modo impudentiæ, sed quanta etiam vel improbitas vel immanitas, apertè ostendunt: quæ sunt omnes ex effectis depromptæ. Quamquam ex his duæ grauiores etiã sunt comparatione minorum, quæ in illis latet. Etenim si de Siculis non optimè meritum esse, id est, eos variis modis vexasse, improbum & immane est: quânto magis conari eos fortunis omnibus euertere? Præterea, si potestatem adimere persequendi iuris sui crudele est: quod tamen minus crudele videtur: quanta erit immanitas adimere potestatem deplorandæ calamitatis? Quàm porrò Cæcilium oderint Siculi, & quàm eum nolint (vt hinc etiam maior illius impudentia appareat, qui se illis actorem ad eo inuitis obtrudat) declarat ex euentis: quorum nullus, agente Cæcilio, sit affuturus, idque ostendit augendo rursus expugnantibus,

pugnantibus, quod laborent ut per aliquē,  
 Cæcilium vlciscantur. Quod idem alia  
 rursus contentione repugnantium exor-  
 nauit. Sed hęc obserua quam artificiosē  
 has amplificationes ex duabus ratiocinatio-  
 nibus superioribus duxerit, quarum poste-  
 rior ad propositionem prioris probandam  
 adhibita est. Priores nanque amplificatio-  
 nes, quibus impudentiæ magnitudo indi-  
 catur, prioris ratiocinationis assumptioni,  
 qua se à Siculis expetiū & rogatum Cice-  
 ro dicebat, respondent posteriores, quibus  
 improbitas quanta sit & immanitas osten-  
 ditur, ex argumentatione posteriore pen-  
 dent, in qua ad propositionis alterius pro-  
 bationem, de lege repetundarum disputa-  
 tur. Sic enim ad ea quæ dixeris quæue pro-  
 baueris amplificationes accommodari cō-  
 uenit, ut melius cohæreant, nec sint à re,  
 qua de agitur, alienæ.

POSTERIOR PARS  
 CONFIRMATIONIS.

Priore parte confirmationis absoluta, in  
 qua de Siculorum voluntate agebatur: po-  
 steriorem, in qua disputatur de voluntate  
 Verris, explicare aggreditur. Marcus enim  
 Tullius demonstrat se à Verre maxime  
 timeri,

timeri  
 minime  
 fer: sed  
 petita.  
 pag. 16  
 &c. alie  
 ponit d  
 ne, qua  
 illud et  
 le ut a  
 dem re  
 timeri.  
 mum a  
 hensus  
 lius vol  
 maioru  
 vbi elat  
 tis, id e

Secun-  
 dum, S  
 luotatis  
 Verres r  
 cilium.  
 esse vide  
 oullam  
 tas: me  
 res. Res  
 firmitas  
 facultas:

timeri non Cæcilium : seu, quod idem est  
 minimè velle Verrem vt Cicero actor ef-  
 feret sed Cæcilius. Ad hanc ergo partem, re-  
 petita priore, transitione accedit, cum ait  
 pag. 163. *At enim solidum id est, vt me Siculi,*  
*&c. alterum illud credo, &c.* quam partè pro-  
 ponit cum eleganti quadam dissimulatio-  
 ne, quam ironiam vocant. Significat enim  
 illud esse perspicuū, Verrem minimè vel-  
 le vt à Cicerone accusetur : siue, quod eo-  
 dem redit, à Verre M. Tullium maximè  
 timeri. Id pluribus argumentis probat pri-  
 mum argumentum illis verbis compre-  
 hensum, *Ecquis vnquam,* &c. ex effectis il-  
 lus voluntatis & metus depromptum: sed  
 maiorum quadam comparatione arctum:  
 vbi elatio & summisio cernitur in adiun-  
 ctis, id est, in modo contendendi.

Secundum argumentum illic expres-  
 sum, *Sunt multa,* &c. ex causis eiusdem vo-  
 luntatis & metus petitum est: cur nimirum  
 Verres minimè Ciceronem vellet, sed Cæ-  
 cilium. Verres, inquit, nullam rem in me  
 esse videt, quam contemnat, in te multas:  
 nullam in te quam pertimescat, in me mul-  
 tas: me igitur, non te maximè timet Ver-  
 res. Res illa sunt integritas & innocentia:  
 firmitas animi & veritas: nec non agendi  
 facultas: de quibus infra pluribus.

Tertium

Tertium argumentum deinceps sequitur ibi, *Itaque magnus ille defensor, &c.* ex eventis item seu effectis voluntatis & metus, ut primum. Nam amicorum idem velle & idem nolle, si tamen hæc Hortensij & Verris in re prava consensio, amicitia dicenda est: cum propriè amicitia sit virtus. Sed abusuè amici & amicitia nominibus etiam in rebus malis homines videntur. Hortensius, inquit, defensor & amicus Verris vehementer laborat ne ego accusem: me igitur maximè timet Verres. Hortensium autem id contendere primum ipsius testimonio, id est, ex dictis eius, Cicero confirmat: ubi & argumenta recenset, quibus ille ad rem impetrandam utebatur, partim ex adiunctis, quod esset honesta, quod facilis: & ex aliarum petitionum dissimilitudine, cum quibus hanc comparat. Vbi tamen latet argumentum ex minori. Nam si vehementius contendenti Hortensio concedi solebat ut reus absolueretur: nunc tantum id petenti ut à Cæcilio potius, quam à Cicerone accusetur, multo videtur esse concedendum magis. Deinde post testimonia idem demonstrat ex causis, id est, ex eius libidine dominandi in iudiciis, quod ob id rex fori dicebatur. Cupiditas ergo regnandi ut prius, vel metus non dominandi,

di, a  
pelleb  
cio do  
causis  
ris, spe  
sarent  
confer  
regnum  
loco n  
ter Ale  
ue, si M  
ciosè c  
spectat  
oratio.  
bilibus  
generi  
dissimi  
His i  
mentur  
quòdqu  
niar: ber  
metum  
corrupt  
ciliare f  
tem an  
stendum  
ex effect  
bet ad b  
adversar

di, ad id à iudicibus contendendum impellebat. Non posse autem se in hoc iudicio dominari Hortensius colligebat ex causis impediendis, id est, ex fortibus viris, spectatisque hominibus, qui iam accusarent: qui cum aliis causis impediendis conferuntur: quæ tantæ non erant, ut ipsius regnum perturbarent & impedirent. Quo loco non est prætereundum quod prudenter Alconius notavit, futurum fuisse grave, si M. Tullius ad me dixisset: ideo artificiosè cum de se loqueretur, viros fortes & spectatos, maluisse dicere, quo lectior esset oratio. Idem addit, viros fortes pueris nobilibus opponi, spectatos homines, sordido generi quadruplatorum. Contentio est vel dissimilium vel contrariorum.

His ita constitutis, antequam ad argumentum, quod est huius partis præcipuum quodque Cæcilium maximè attingit, veniat: benevolentiam iudicum, (quibus & metum velut aliud agens incutit, cum de corruptela iudiciorum loquitur) sibi conciliare studet à persona tum sua, dum fortem animum indicat & paratum ad resistendum improbis: hæc enim fortitudinis ex effectis amplificatio magnam vim habet ad benevolentiam conciliandam: tum adversarij, quem in invidiam adducit, improbitate

probitate illius in causis agendis ex effectis etiam demonstrata. Quippe qui nec vlla ex parte bonam defendendi rationem sequeretur: & iudicia largiendis pecuniis corrumpere soleret. Sed quia prius dictum asperius esse videbatur, vbi rationem illi totam defendendi mutandam dixit: eiusdē asperitatem prouocando ad meliora & honestiora temperauit: propositisque Crassi & Antonij præclarissimis exemplis, ex forma, qualis ille in agendo esse deberet, quibus (ve præiudicijs munitus, demonstrauit. Vt autem eum à iudicibus corrupendis deterreat, sine multorum periculo iudicia nō posse corrumpi ostendit ac declarat enumeratione partium: quod non Siculo- rum modo, sed etiam Romanorum causa hic agatur. Atque adeo quod non vnus Verres opprimendus sit, verum etiam improbi omnes, vt corrupti iudices, corruptores, & corruptele adiutores extinguendi. Hoc enim significat, quod multis deinde locis dicit aperitius, Si iudicium fuerit corruptum, se omnes, qui ei sceleri affines erunt, in iudicium populi esse vocaturum. Quod idem copiosius in secunda oratione non longè ab extremo: itēq; in extrema peroratione totius accusationis, *Quāobrem mihi, iudices optādū est, &c.* persequitur.

His

His ergo expeditis redit ad propositum artificiose, ut probet se à Verre maximè timeri, non Cæcilium, cum ait, *In quo ego quid eniti, &c.* Argumentum utrinque sumitur ex efficiente causa, id est, ex facultate agendi, quæ in altero magna, in altero prope nulla erat: unde vter esset idoneus accusator perspiciebatur. Id ergo efficiebat ut Verres nullo modo M. Tullium, sed Cæcilium vellet actorem. Sed cum de se loquitur, vide quàm prudenter arrogantiam suspicionem declinet. Nihil autem aut paruum in agendo posse Cæcilium, & sic ab eo non satis grauitè posse accusari Verrem, vel eum esse non posse satis idoneum accusatorem, pluribus argumentis probat. Primum est ex efficiente causa facultatis, quæ est exercitatio, quod se nunquam vlla in causa nec priuatim nec publicè exercuerit. Cum enim causa desit, rectè huic efficitur & effectum deesse. Secundum argumentum est ex adiunctis, id est, ex magnitudine negotij, seu difficultate accusandi: quod ita breuiter explicare possumus magnum quidem ac difficile est, accusare alterum. Non igitur poterit Cæcilium tantum munus sustinere. Magnitudinem autem negotij demonstrat ex definitionibus conglobatis. Quid enim sit accusare va-

riis modis explicat : nisi quis forte hæc ac-  
cusationis partes dici malit. Siue autem de-  
finitiones esse dicamus, siue partes : cum  
eorum vnumquodque, quæ illic dicuntur,  
magnum sit ac difficile, atque adeo simul  
omnia, accusare sanè arduum erit & graue.

Tertium sequitur argumentum valdè  
longum, atque firmissimum, ibi, *Cognosce  
ex me, quoniam, &c.* ad idem probandum,  
non posse bene accusare Cæcilium, nec à  
Verre timeri. Sumitur id ex causis efficien-  
tibus bonæ accusationis, siue idonei accu-  
satoris : quæ sunt innocentia, veritas, elo-  
quentia, siue agendi facultas dicendi con-  
suetudo, &c. Quæ omnia possumus hac ra-  
tiorinatione complecti.

*Multa esse oportet in eo qui alterum  
accuset: primum integritatem atque  
innocentiam : deinde firmitatem  
animi, & veritatem: postremo fa-  
cultatem agendi, dicendi consuetu-  
dinem, in foro, iudiciis, legibus aut  
rationem aut exercitationem.*

*In Cæcilio autem nihil horum cognos-  
cimus.*

*Quare non potest grauius accusare  
Cæci-*

H  
mã  
posi  
&c.  
ego i  
las p  
prior  
tici  
quod  
artifi  
prim  
innoc  
repug  
etiam  
Defini  
tione  
cusare  
defen  
quider  
verbis  
prima  
innoc  
ego plu  
assum  
de ho  
proprie

*Cæcilius, aut idoneus esse accusator.*

Huius argumentationis breuem summam primum proponit M. Tullius (nā propositio illis verbis attingitur *quàm multa, &c.* illis assumptio *ex quibus si unum, &c.* ego iam tibi, &c. concedam.) de inde singulas propositionis partes atque etiā assumptionis copiosè probat. Singula nāque ratiocinationes ex singulis partibus fiunt: quod fieri & solere & debere plarunque in artificio generali tradendo diximus. Ac primam quidem propositionis partem, de innocentia, sententia pulchra & graui ex repugnantibus confirmat: quem locum etiam circuitione seu periphrasi exornauit. Definitiones enim pro verbis posuit, rationem vitæ ab altero reposcere, pro accusare: & suæ vitæ rationem reddere, pro defendere, vt notauit etiam Asconius: quæ quidem inter se pugnant. Sed vide quibus verbis primam assumptionis partem exprimat, quàmque modeste integritatem & innocentiam adimat Cæcilio, cum ait, *Hic ego plura de te non dicam.* Atque hanc partem assumptionis continuo probat Siculoꝝum de homine iudicio siue testimonio: qui propterea negent, actore Cæcilio, se ad iu-

dicium affuturos. Idque confirmat ex efficiente causa, id est, ex suspitione graui, qua de illo habebant. Vbi quoniam asperiora dicturus erat in Cæciliam, confirmatione hanc rationis totam à se ad Sicularum personam artificiosè transtulit. Suspicionem porro illorum comprobatur ex efficiente causa, id est, ex acuminis ingenique solertia, & ex propensione ad suspicandum: atque auget contentione rerum dissimilium, quæ cadant in suspitionem. Aliud enim deportare est, aliud asportare. Deportat qui de loco ad locum transfert aliquid: at asportare dicitur, qui adfert ad lacerandum vel cõburendum. Alteram deinde propositionis partem de veritate accusatoris absque probatione subiungit. Cui mox adiungit assumptionem suam his verbis expressam, *Eum ego scite, &c.* Significat enim Cæciliam esse non posse firmum verumque accusatorem etiam si velit. Idque primùm quasi præteriens tribus confirmat signis ex adiunctis aut ex euentis accusatoris falsi, firmo verò que accusatori repugnantibus. Deinde argumento alio itidem ex repugnantibus, sed validiore, idem ostendit, Quod cum reo sit criminum societate cõiunctus quæ ipse attingere nõ audeat: quod argumentum vt eidem assumptioni subii-

ciat

ciat  
167.  
totiuQu  
in  
refCo  
se queCaci  
criQua  
noCo  
quamprione  
Videosua pro  
partiuquoru  
per Intioni p  
pag. 168Obseru  
nes, quirandis,  
tiones c

ciat commodius, eam repetit, cum ait pag. 167. hoc dico, te, si maximè cupias, &c. Summa totius argumentationis est hæc:

*Qui cum reo criminum societate coniunctus est, is verè accusare non potest.*

Cogitur enim præterire omnia, quæ ad se quoque videt pertinere.

*Cacilius autem cum Verre multorum criminum societate coniunctus est.*

*Quare Cacilius accusator verus esse non potest.*

Complexio præcedit, ( hoc dico te, &c. ) quam superioris argumentationis assumptionem esse diximus: Assumptio sequitur. Video enim permulta esse crimina, &c. cum sua probatio subnectitur ex enumeratione partium, id est, aliquot criminum Verris, quorû socius fuerit Cacilius & particeps, per Inductionem. Cui tamen enumerationi propositio ipsa interposita cernitur, pag. 168. ibi, *Mihi crede, Cacili, non potest, &c.* Observandæ sunt autem Narrationes breves, quibus, Verris criminibus commemorandis, utitur: & illis adiunctæ amplificationes cum probationibus breviores. Nam

amplificatio primi criminis illa est, *Magnum crimen, ingens pecunia &c.* ex definitionibus quibusdam conglobatis. Hinc dilemmate perstringit Cæcilium, ut ostendat eum non audere crimen id attingere cuius ipse sit particeps, ac proinde dissimulando verum esse non posse accusatorem. Amplificatio secundi criminis, ibi, *graue est hoc crimen, &c.* ex contentione causarum, id est, accusatorum. Neque huic alia probatio additur. Tantum adiungit repetendo, socium fuisse Quæstorem Cæcilium, qui nullam eius criminis facturus sit accusando mentionem. Quod idem facit post tertium crimen, *Quid hoc, Verre prætor, &c.* dilemmate item concludens Cæcilij dissimulationem. Aliis deinde multis criminibus generatim coaceruatis, ratiocinationem ad extremum concludit his verbis, *Quapropter si tibi iudicium, &c.* Vbi enim complexionis hac periodo, præsertim posteriore illius parte *sin autem, &c.* continetur. Sic re confirmata breui amplificatione utitur ex contentione dissimili suæ & Cæcilianæ accusationis, ad odium conflandum Cæcilio. Ac tandem subtextit extremam repetenda verbis aliis complexione, propositionis illius multiplicis partem, de agendi facultate,

re, &  
tem

Age

in

van

en

Hac

Ca

M.e

nez

Pro

xione

tati, v

&c. a

ipsum

ad age

Allum

tem, n

modat

scopulo

tè figi

omnes

cautè

pruden

tandan

rectè d

te, &c. cum ait, *Quid illa Cæcili, &c.* Sic autem ratiocinatur M. Tullius:

*Agendi facultas, dicendi consuetudo, in foro, in iudiciis, in legibus aut ratio aut exercitatio est idoneo accusatori necessaria.*

*Hæc omnia in Cicerone sunt, non in Cæcilio.*

*M. ergo Tullius, non Cæcilius est idoneus accusator.*

Propositio prima est, inuoluta complexionē. Sed ea quæ subduntur agendi facultati, videlicet dicendi consuetudo, in foro, &c. aut ratio aut exercitatio causæ sunt ipsius facultatis, & rectè illi adiiciuntur: & ad agendi vim, quam pariunt, referuntur. Assumptionem illi propositioni respondētem, magno artificio ad vtrunque accommodatam subiungit, cum ait, *Intelligo quam scopulofo, &c. pag. 169.* Sententia quæ occultè significatur, hæc est, has in Cicerone res omnes esse, in Cæcilio non esse. Sed quam cautè de se bonus orator loquitur, quam prudenter extenuat ingenium suum, ad vitandam arrogantia suspensionem: quam etiã rectè de Cæcilio, quam non inhumanè. Se-

quitur complexio, illic, *Putásne te posse de maximis, &c.* Nō posse accusare Cæcilium, cum amplificatione graui accusationis, quæ motu animorum maiorem conciliat orationi fidem. Sumpta est amplificatio ex materia circa quam accusatio versatur, id est, ex rebus accusationi subiectis, & ab accusatore tractandis: & ex adiunctis, id est, ex tractandi modo. Magnitudo enim accusationis ex earum rerum, & modi magnitudine perspicitur. Quartum sequitur argumentum, ex comparatione maiorum eodem spectans, ( id est, ostendens non posse bene accusare Cæcilium, siue non esse idoneum accusatorem ) vbi dū, pag. 170. *In quo sita multum, &c.* Cuius hæc summa est: Si Cæcilius esset paratissimus & ab ingenio & à doctrina, & ab exercitatione: nō tamen posset huic muneri satisfacere: multo igitur minus nunc poterit, cum neque ingenio valeat, neque doctrina, neque exercitatione. Elatio & summissio ex causis adiuantibus petitur in vtraque parte comparationis. Quanquam posterior pars, id est, apodosis siue redditio in contextu separatim non exprimitur: sed in protasi perspicuè inuoluitur. Partem tamen eius, qua Cæcilio doctrinam, id est, disciplinam atque artium, literatum item græcarum & latina-

latin  
deef  
maie  
dice  
diun  
go tu  
de h  
quar  
serit,  
euita  
tion  
bi, ne  
babil  
re &  
inuid  
Eand  
ctis p  
reddi  
iungi  
& fun  
tur: qu  
ta ma  
tiam,  
negle  
ceps  
vel ter  
ipfius  
lio in  
ipse ta

latinarum cognitionem, & exercitationem  
 deesse dixit, alia confirmat comparatione  
 maiorum: Ego me, inquit, his præditum,  
 dicere non audeo, quantum omne in illis stu-  
 dium à pueritia consumpserim: multo er-  
 go tu minus his es instructus, qui nunquam  
 de his vel leuiter cogitaris. Sed observa  
 quam artificiosè protasim seorsum expref-  
 serit, ibi, *fortasse dices, &c.* accommodatæ ad  
 euitandam arrogantis opinionem: & opta-  
 tione locum exornans inuuit ea deesse si-  
 bi, neque tamen omnino negat: idque pro-  
 babile reddit ex adiuuantibus causis labo-  
 re & studio diuturno, de quibus, quod ab  
 inuidia longe absint, ingenuè confitetur.  
 Eandem protasim impedimento ex adiū-  
 ctis petito illustratam mox repetit: eique  
 redditionem Cæcilio accommodatâ sub-  
 iungit. Elatio igitur comparationis huius  
 & summisio ex causis adiuuantibus peti-  
 tur: quas M. Tullius adhibuerit in omni vi-  
 ta maximas, studium assiduū ac diligen-  
 tiam, & laborem: Cæcilius etiam leuissimas  
 neglexerit, cogitationes. Sequitur dein-  
 ceptus re probata amplificatio vel stultitię,  
 vel temeritatis, vel impudentiæ, vt alias,  
 ipsius Cæcilij, qui perhorrescente M. Tul-  
 lio in causis agendis exercitatissimo, nihil  
 ipse tamen in tanta causa, quasi ludus ef-  
 set,

set, moueatur. Amplificatio eiusmodi sumpta est ex comparatione minorum: quæ ita breuiter explicatur & apertè: Ego qui omne studium meum cõtuli ad eloquentiam, meque in foro & extra forum diligenter in causis exercui (quod ipse auget contentione alia minorum, & ex adiunctis ætatis) minusque propterea timere debeo, tamen magnitudine iudicij perhorresco: multo igitur magis timere Cæcilius debet, homo ab hoc studio alienus, & ab omnibus rebus imparatus: ut si non metuat plane sit impudens. Protasis bene longa est: in qua meritum suum M. Tullius vehementer auget ex causis. Elatio autem & summissio in utraque parte sumitur ex adiuuantibus causis, quæ Ciceroni adsint, Cæcilio desint. Imo earum loco ridiculas & nullius momenti causas adhibeat, vulgaria dicendi exordia, quibus aliunde ad suas orationes translatis imperiti confidici vtentes se satis ad causam instructos esse arbitrabantur.

Quintum subiicitur argumentum pag. 172. *Ac si tibi nemo responsurus esset, &c.* Ex quo idem quod supra concludat, Cæcilium non posse rectè accusare, nec à Verre timeri. Sumptum est id ex maiori: cuius vim ita complector: Si nemo accusationi Cæcilij responsurus est: tamen ipsam causam de-

mon-

mon  
nuo  
rum  
ten  
Elati  
dient  
suum  
que p  
non p  
ex en  
certa  
differ  
ra cer  
terat  
bus i  
sio C  
resiste  
tentia  
ab H  
omne  
inger  
& pu  
diffici  
norit  
minus  
citaru  
ciliu  
causis  
ctatio

monstrare non posset: multo minus igitur  
 nunc poterit causam sustinere, cum ei futu-  
 rum sit cum homine disertissimo, & ad di-  
 cendum paratissimo certamen Hortensio.  
 Elatio hęc & summissio pendet ex impe-  
 dientibus causis concertantibus. Horten-  
 sium autem esse ad dicendum certandum-  
 que paratissimum, vt illi Cęcilius par esse  
 non possit, confirmat M. Tullius primum  
 ex enumeratione partium, id est, ex duobus  
 certandi generibus, cum ait, *quicum modo  
 differendum, &c.* His enim verbis duo gene-  
 ra certandi significat in iudiciis vsitata, al-  
 terationem & orationem perpetuam. Qui-  
 bus in generibus duobus si par esse Horten-  
 sio Cęcilius non poterit: quò illi certando  
 resistet? De se interim M. Tullius per con-  
 tentionem affirmat, non posse superiori se  
 ab Hortensio ac decipi, etiamsi machinas  
 omnes suas admoueat, consiliū, artificiū,  
 ingenium: quibus adiuuētis illis robustior,  
 & pugna atque adeo victoria reddebatur  
 difficilior. Idque probat à pari: quod eadē  
 norit omnia quę Hortensius: quòdque non  
 minus quàm ille in causis agendis sit exer-  
 citatus. Ita se illi fore parem ostendit: Cę-  
 cilium non item. Idque alio argumento ex  
 causis impediētibus, id est, elusione & ia-  
 ctatione multiplici, cum ait, *Te verò, Cęci-  
 li, &c.*

li, &c. Atque hoc ipsum ex enumeratione partium confirmat. Genus enim quod præcessit, est omnis ratio iactandi: variæ auté iactandi rationes, quæ sunt illius generis partes & formæ, subiiciuntur. Quorum prima est complexio, quæ à græcis διλλυμα dicitur: quod cum duas habeat partes, utrinque capit aduersarium. Reliquæ partes perspicuæ. Notanda tamen illa congeries verborum idem significantium, transigere, expedire, absoluerè, pro explicare. Quamuis Alconius horum verborum significationes distinguere conetur: sed frustra. Porro cum ait, pag. 173. *Atque huiusce rei iudicium, &c.* alio argumento ex comparatione maiorum deprompto vitur ad idè probandum, Cæcilium Hortensio in certamine non posse reluctari. Vbi se cum Hortensio M. Tullius confert: iudicium de constituendo accusatore (quod verbo à gladiatoribus translato, prolusionem vocat) cum iudicio repetundarum, quod pugnam appellat, verbo ex eodem genere translato.

Sextum denique argumentum quo probet idem quod aliis quinque superioribus probavit, sequitur eadem pag. 173. *Esto, ipse nihil est, &c.* ex causis adiuuantibus, id est, ex subscriptoribus, quos adiutores erat habiturus in accusando Cæcilium neque

difer-

difer  
iunct  
Sed  
nate  
gred  
adue  
cessi  
tur n  
taten  
ptore  
posse  
pario  
venit  
ac pro  
vel d  
videa  
meu h  
super  
etiam  
non e  
firmat  
cipis  
uis en  
deside  
præfid  
tim in  
Deind  
ptores  
tione

disertos neque exercitatos. Sic enim ex adiunctis eorum imbecillitatem ostendit. Sed observa quàm artificiosè & quàm ornatè M. Tullius ad hoc argumentum aggrediatur. Prius enim quam id proponat, aduersarios loquentes fingit, qui per Concessionem sententiarum figuram faterentur nullam habere Cæcilium agendi facultatem, sed multos tamen adesse subscriptores, quibus adiuuantibus bene accusare posset. Propterea cernitur etiam anteoccupationis quædam species in illis verbis, *at venit paratus cum subscr. disertis & exercitatis*, ac proinde nec vlla in his subest vel ironia vel dissimulatio: quamuis Asconio subesse videatur. Cùm verò ait M. Tullius, *Est tamen hoc aliquid, &c.* duobus modis occurrit superiori aduersariorum rationi: primùm, etiam si tales adiutores habeat Cæcilium, id non esse ad accusandum satis. Idque confirmat contentione quadam causæ principis cum adiuuantibus ministris: quantum enim hæc essent eiusmodi, ut nihil in iis desiderari posset: principes tamen causa præsidii omnibus & adiumentis præsertim interioribus debet esse munitissima. Deinde probat eum non habere subscriptores exercitatos & disertos, ex enumeratione partium. Si quis autem eorum aliquid

De subscriptori-  
bus vide  
Ascanium.

quid possit, eum non tantum esse facturū quantum possit, ne videatur esse princeps, non Cæcilius. Atque hoc ipsum illustri similitudine comparatione declarat.

His ita confirmatis, in subscriptores ipsos digreditur, qui subscriptionem sibi saltem sub M. Tullio, cuius in agendo adiutores essent, flagitabant, si forte Cæcilius ab accusandi munere pelleretur: qui eam ob causam subscriptor esse M. Tullij cum aliis nitebatur. Sed subscriptores illos omnes in vniuersum, & Cæciliū specialius, licet non nominatim, à subscribēdi spe deterret: vniuersos ex adiunctis repellens, vt vulgares & indoctos: hi enim sunt qui de populo esse dicuntur: quibus per contentionem contrariorum opponit eos, quos adduxit secū vt egregios & doctrina illustres: quorum, si velit, opera vti possit. Atque hinc aliorum exaggerat impudentiam, vt item cum eos redarguit, quod sibi causam hanc præripere conetur, impudentia vim ex effectis demonstrat. Quod idem facit cum deinceps de Cæcilio specialius loquitur, qui se M. Tullio subscriptorem postulet apponi. Pro quo tamen custodem dixit: quod subscriptores non subscribendi tantum & suffragandi, aut adiuuandi actoris causa darentur: sed e-

riam  
ptu.  
Tul  
ex  
rior  
res i  
bi &  
con  
dam  
& d  
scrip  
rum  
rent  
lent  
Hi  
rum  
lam  
eo,  
vari  
hū a  
clud

Se  
tur,  
nim  
perio  
bauit  
maxi

riam

tiam custodiendi & speculandi, ne corruptus pecunia prauaricari posset. Sed M. Tullius hominis perfidia & improbitate ex euentis amplificata ( vnde, vt ex superioribus, tam ipse quam alij subscriptores in odium adducantur ) subscriptore sibi & custode non esse opus affirmat: idque confirmat vel declarat amplificatione quadam ex repugnantibus, ex fide nimirum & diligentia. Dabantur enim maximè subscriptores iis, de quibus erat suspicio ne parum fideliter aut diligenter negotia gererent. Atque hoc directò valet ad beneuolentiam.

His ita constitutis reuertitur ad argumētum cum Cæcilio: & argumentationem illam cuius initium fuit, *Multa esse oportet in eo, &c.* pag. atque adeo assumptionem eius variis modis probatam facile intellecta illius argumentationis complexione, concludit: qui finis etiam confirmationis est.

### CONFUTATIO.

Sequitur Confutatio pag. 175. vbi dicitur, *Quid ad hæc dici potest? &c.* Postquam enim adiumenta suæ causæ M. Tullius superiore orationis parte cōfirmavit, & probauit se à Siculis maximè expeti, à Verre maximè timeri: restat pars altera cōfirmationis

tionis, in qua refellit firmamenta Cæcilij aduersarij sui: & demonstrat non ideo delationem Cæcilio dandam, quod iniurias suas vlcisci se velle dicat: neque quod Verri quæstor fuerit in Sicilia. Sed in ipso quasi vestibulo imperitiam hominis ex causis adiuuantibus amplificando festiuè redarguit, quasi verbum ille nullum ad ea quæ dicta sunt respondere possit.

Deinde cum ait pag. 176. *Quid enim dicet? an id quod, &c.* priorem proponit Cæcilij rationem: quam primum quidem cõcedit, & cõfirmat: sed negat eum propterea constitui debere actorem causæ Siculorum. Deinde verò probat eum nullam à Verre accepisse iniuriam. Cõfirmat autè rationem illius vel à toto, &c. vel à toto genere, quod Siculis omnibus Verres fecerit iniuriam: Cæcilium autem velit haberi Siculum, vt patet ex periodo proxima, in qua dicit, ceteri: vel certè, si id non placet, ex comparatione minorum: si enim Siculos omnes Verres affligere ausus est, multo magis vnum Cæcilium. Quod vt planius cum iis quæ sequuntur, intelligas, hanc ad modum Cæcilius argumentabatur:

*Cæcilius accepit à Verre iniuriam.*

*Cæci-*

*Cæc*

*M*  
*paul*  
*argu*  
*Qua*  
*dita*

*Qu*  
*a*

*Q*

*per a*  
*accu*  
*ferin*  
*desic*  
*re vo*  
*tion*  
*cum*

*ex pa*  
*vt pe*

*quod*  
*Cæc*

*conf*  
*gum*  
*iunat*

*Cæc*

*In p*

*Cacilius ergo debet actor causa Siculo-  
rum contra Verrem constitui.*

M. Tullius, vt modo dixi, refellendum paulò post concedit antecedens, sed rectè argumentationis consecutionem negat. Quam rectè autem neget planum fiet ad-  
dita propositione, hoc modo:

*Qui accepit à reo iniuriam debet eius  
accusator constitui.*

Quæ profectò absolute neganda est, cū per alios magis, quàm per nosmetipsos accusare in iudicio, qui nos contra ius læserint, soleamus, cū præsertim facultas desit, ad hoc munus fungendum, accusare volentibus. Illam ergo Cæcilij consecutionem M. Tullius repellere aggreditur, cum ait, *Sed ceteri Siculi, &c.* quam tamen ex parte videtur distinguendo concedere: vt per alium accuset qui accepit iniuriam, quod Siculi faciebant: non per se, quod Cæcilius contendebat. Atque hoc sensu consecutionem refellit Cicero, duobus argumentis. Quorum prius est ex causis adiuantibus, id est, ex agendi facultate, quæ Cæcilio desit. Sic autem argumentatur.

*In persequendis iniuriis spectatur non*

modo quis debeat, sed etiam quis  
possit eas ulcisci: ut si non possit, et-  
tiam si debeat, non ulciscatur, neq;  
accusator esse queat.

Tu autem, Cæcili, tuas iniurias perse-  
qui non potes, nedum alienas.

Non igitur debes eas ulcisci, & accu-  
sator constitui.

Assumptio præcedit: propositio sequitur:  
complexio præterita facile intelligitur.  
Posterius argumentum est illud ipsum quo  
utabatur Cæcilius, & in ipsum retorquetur  
à pari, ad hunc modum:

Qui accepit à reo iniuriam, Cæcili,  
huic, per te, permittenda est accu-  
sandi potestas.

Sed Siculi graves à Verre iniurias ac-  
ceperunt.

Siculis ergo permittenda est accusan-  
di potestas, æquè ac tibi. Atque a-  
deo multò etiam magis.

Cicero enim sic in illum argumentum  
retorsit, ut id etiam ad comparationem mi-  
norum traduxerit: proinde dixit in com-  
ple-

plex  
iniu  
do  
or  
spor  
verò  
spe  
F  
A  
bare  
Ver  
illuc  
cidi  
Ver  
Nar  
cau  
est q  
dam  
nis A  
ere  
tur  
fari  
re in  
Arg  
sum  
fent  
scitu  
ficu  
re in

plexione, *anteponatur*. Grauioribus nāque iniuriis affecti præferri debent in accusando iis, qui leuioribus. Sed obserua quā ornate assumptionem interrogando & respondendo expresserit. Post complexionē verò, obiectioni cuidā occurrit à pari per speciem quindam anteoccupationis.

Firmissimo deinde argumento, cū ait, *At eam tibi C. Verres fecit iniuriam, &c.* probare aggreditur nullam Cæcilio factam à Verre iniuriam: quo demonstrato, omne illud Cæcilij de iniuriis firmamentum cōcidit: ac inde tandem efficit eum sibi in Verre accusando non debere præponi. Narratio igitur est interposita probandi causa plena facetiarum, vbi dicitur, *Agonis est quedam, &c.* Vbi narrat speciale quoddam Verres factum, qui pecuniam ex bonis Agonidi à Cæcilio quaestore per vim erectis constatam restitui iusserit. Cum igitur hoc factum iniuria dici non possit: causari non potest Cæcilius sibi factam à Verre iniuriam: quāuis in eo sit ab ipso læsus. Argumentum igitur ex repugnante factum sumptum est. Est enim id factum iuri consentaneum, cui opponitur iniuria. Hinc nascitur definitionis quaestio, An iubere restitui per vim & contra ius ablata, sit facere iniuriam: & An id. faciendo Verres fe-

cerit Cæcilio iniuriam. Cicero igitur id negat, quum quod ex æquitate & iure fit, iniuria dici non potest. Quod autem Cæcilius nullam eo Verris facto acceperit à Verre iniuriam, probat M. Tullius ipſius etiam Cæcilij iudicio ac testimonio, cū ait, *Deinde de iniuria, &c.* Illic enim *iudicem legendum, non vindicem.* Illud autem confirmat ſignis aliquot ex euentis, Ex his enim ſatis intelligitur quidnam Cæcilius de illo Verris facto iudicauerit. Quamobrem ex his quoque dilemma elicit quod amplificationis vim habet ad conſtandam homini inuidiam. Id eſt hu uſmodi, Si te amicum ſimulas, perſidioſus es: ſi te inimicum ſingis, præuaricator: quum partem aduerſam adiuuabis prodita ſeculorum cauſa. Sed & alio argumento ex cauſa efficiente idem quod ſupra efficere videtur cum ait, *Quid ſi ne iniuriæ quidem, &c.* Nulla eſt, inquit, iniuriæ cauſa (quia nullæ inter vos inimicitia niſi fictæ) ergo nec iniuria eſſe poteſt. Atque hinc quod ante diximus concludendo, ad alterum eiſdem Cæcilij ſiſtamentum reſellendum tranſit.

SECUNDA PARS  
CONFUTATIONIS.

Tranſit autem pag 178. idque proponit illis

illis  
gum

Ego

Ego

M.

cutio

ſtend

Cæc

enim

mici

ſandi

firma

quod

gum

Dein

Cice

ne. Et

ris eſt

ſtum

tur.

C. C.

plum

Hæc

tur:

illis verbis, nisi forte illud, &c. Sic enim argumentabatur Cæcilius.

*Ego Cæcilius fui Verri Quæstor in Sicilia.*

*Ego igitur Verri debeo accusator constitui.*

M. Tullius concessio antecedente consecutionem negat. Ac primum quidem ostendit quam ad rem valeret illa ratio, si Cæcilius rectè argumentari voluisset. Si enim quæstio esset vter illorum Verri amiciores esse deberet in contentione accusandi, defenderetque partem quæstionis affirmantem Cæcilius, hac nixus ratione, quod illius quæstor extitisset, rectè tunc argumentaretur. Id autem nunc non agitur. Deinde rationem eam in ipsum retorquet Cicero per violationem, sed cum negatione. Et certè Quintil. lib. 5. admonet oratoris esse efficere vt aliquid ab aduersario dictum nostræ causæ coniunctum esse videatur. Vt, petit accusationem in Verrem C. Cæcilius, quod fuit Quæstor eius, id ipsum Cicero vt pro se videretur effecit. Hæc Fabius. Sic enim M. Tullius ratiocinatur:

R. iij.

*Questor nūquam debet Pratoris accusator constitui.*

*Cacilius autem fuit Pratori Verri Questor in Sicilia.*

*Cacilius igitur non debet Verris accusator constitui.*

Propositio in cōtextu postrema est, pag. 180. ibi, *Neque fere vnquam. &c.* Assumptio prima, pag. 178. ibi, *Questorem illius fuisse.* Complexio media, pag. 179. ibi, *Quamobrem si iure, &c.* Quæ tamen alteri etiam Racinationi seruit, qua probat M. Tullius propositionem iam propositæ argumentationis, cuius argumentum est ex repugnantibus huiusmodi,

*Quòd Questura sit causa necessitudinis.*

Vnde sic bonus orator argumentatur:

*Causa necessitudinis ad accusandum non debet iusta videri.*

*Questura autem, siue Questorem fuisse, causa est necessitudinis, & quidem maxima.*

*Quæ*

*Quæstor igitur iuste non potest accusare Præto-rem.*

*Propositio prima est ibi, ridiculum est putare, &c. Quam duobus argumentis ex maiorum comparatione sumptis confirmat. Prioris hæc summa est. Quæstor licet plurimas à Præto- re suo iniurias accepisset, etiam tunc iuste non posset ad eum accusandum insurgere: multò ergo minus, si nullas accepit. Sed hæc ad Cæcilij personam prudenter accommodavit: ut item posteriorem, cuius hæc vis est: Si omnibus quæ ad accusandum necessaria sunt excelleres, tamen quod illius Quæstor fueris accusare non deberes: multo ergo nunc minus, cum & Quæstor illius exiteris, & rebus omnibus destituaris. Propositioni sic approbatæ, secundo loco subiungit assumptionem, cum ait, sic enim à maioribus nostris, &c. quam cernere licet duabus amplificationibus interiectam & inuolutam. Exaggerat enim quæsturæ necessitudinẽ, primum à simili, quod Prætor sit quæstori parentis instar, Prætori quæstor instar filij: ac proinde tanta inter Præto-rem sit & Quæstorem, quanta inter parentem & filium necessitudo. Deinde à minori: quod cum multæ aliæ necessitudinis causæ gra-*

uissimæ reperiantur: illis tamen omnibus  
 quæsturam dicat præferendam. Atque hanc  
 etiam grauiorem reddit alia amplificatio-  
 ne ministra ex definitionibus conglobatis.  
 Multas enim accumulatur quæsturæ descri-  
 ptiones amplificandi causa: cum simpli-  
 eiter dicere potuisset, nullam grauiorem  
 necessitudinis causam posse reperiri, quam  
 quæsturam. Hinc sequitur Complexio illis  
 verbis expressa, *Quamobrem, si iure, &c.*  
 Quamquam illius vim etiam iam paulo an-  
 te videbitur attigisse inter illa duo ex ma-  
 iori argumenta, cum dixit, *Quare cum in-  
 certum sit, &c.* Quamobrem, inquit, non po-  
 test iure ad Verrem accusandum descende-  
 re Cæcilius quæstor. Cum enim dicturus  
 alioqui fuisset vniuersè, *Quamobrem Quæ-  
 stor non debet prætoris accusator consti-  
 tuti*: quod inde tamen erat consequens re-  
 ctè conclusit, quod fieri solere in artificio  
 generali ex illius doctrina tradidimus: vel  
 etiã id quod generatim efferendum erat ad  
 personam accommodauit, vt cõplexio vtri-  
 que argumentationi seruiret: vt paulo an-  
 te admonuimus. Sed vide quemadmodum  
 aliquid ex rationibus ante dictis simul re-  
 petat (vbi creare periculum, vt supra peri-  
 culum inferre, vt per synecdochen ex con-  
 sequente antecedens intelligendo: vel per

peripl  
 sare, d  
 ampli  
 dium  
 accusa  
 renti i  
 conari  
 nullam  
 verò  
 cation  
 per co  
 ergo a  
 cinatio  
 tione,  
 gnanti  
 subieci  
 eam ru  
 ratione  
 Ter  
 bet ex i  
 valuis  
 plo, qu  
 nunc ag  
 id confu  
 locum c

periphrasim aut circuitionem: pro accusare, dixit) & crimen accusandi Prætorem amplificatione à definitione sumpta ad odium Cæcilio conflagrandum exaggeret. Nā accusare prætorem nihil est aliud nisi parenti iniustum, impiūque bellum inferre conari. Quamquam iniustum dixit, quod nullam iniuriam fecerit prætore, impiū verò, quod parens. Illam porro amplificationem alia illustrat ex fine quæsturæ, per contentionem dissimilium. Postquam ergo ad hunc modum prioris illius ratiocinationis propositionem altera ratiocinatione, in qua erat argumentum ex repugnantibus, comprobavit, eam tandem etiā subiicit, cum ait, *Neque ferè unquam, &c.* eam rursus aliquot exemplorum enumeratione probaturus.

### TERTIA PARS

#### CONFIRMATIONIS.

Tertia pars confirmationis, initium habet ex illis verbis, *Semper hac causa plurimū valuit, &c.* pag. 180. Vbi ansa ex tertio exemplo, quod expositum proximè huic de quo nunc agitur, erat per simile, arrepta, quasi ad confirmaturus, digreditur in rationem locum copiosam sanè & illustrem; in quo

disputat M. Tullius, accusare improbos pro sociis esse honestissimum: ut hinc efficiat sibi non esse vitio, sed laudi vertendum potius, quod ad Verrem accusandum descendit: quemadmodum reprehendi voluit ex disputatione superiore Cæcilium, quod Prætozem suum accusare decreverit. Totum autem hunc locum hac argumentatione comprehendit:

*Pro sociis improbos accusare honestissimum semper fuit.*

*M. Tullius id suscepit, dum Siculorum causam suscepit.*

*Ergo Siculos contra Verrem defendendo, Verremve accusando honestissimè fecit.*

Complexio nõ expressa facillimè intelligitur. Assumptionem habes pag. 183. illis verbis inuolutâ, *Quid sibi iste vult, &c.* Propositio prima est, quam multis argumentis confirmat. Ac eam proinde variis locis & verbis repetitam proponit: ut pag. 181. ibi, *Clarissimi viri nostra civitatis, &c.* & pag. 183. sed in persona sua, cum ait, *Ego verò & civitatis, &c.* Primum igitur propositionis argumentum ex comparatione minorum est, illis verbis expressum, *Etenim si probabilis*

est cor  
quod  
autem  
dicunt  
quod  
tum d  
factæ  
muni  
stituri  
Socio  
Subiic  
catio e  
ad com  
tione  
fiore  
gumen  
milib  
tionis  
specta  
tione  
gis nu  
poster  
referre  
sima e  
ex tali  
propo  
plisqu  
ment h  
probo

est eorum causa, &c. Vbi probabile idem est quod honestum, æquum, laudabile. Illud autem comprobatur ab exemplo simili, cū dicitur, *Nuper cum in P. Gabinium, &c.* Ad quod confirmandum repetitur argumentum de Sociorum, & eorum quibus iniuriæ factæ dicantur, voluntate: idque etiam cōmunitur argumento ex effectis, id est, constitutione legis repetundarum, quippe quæ Sociorum causa constituta sit, repetitio. Subiicitur deinceps rei probatæ amplificatio ex contentione dissimilium, *An quod ad commemorandum, &c.* Nam cum accusatione Cæcilij confert suam ut longè honestiorem. Idque alia amplificatione quasi argumentando declarat, ex causis etiam dissimilibus & longè diuersis vtriusque accusationis. Quamquam priores causæ directò spectant ad quæstoris cum prætore coniunctionem, quæ plures ad exaggerandum magis numerantur, & accusationi repugnant: posterior directò ad sociorum defensionem refertur. Cuius autem rei causæ honestissima est, id honestissimum videri & esse quæ ex tali causâ est, necesse est. Deinde repetitæ propositionem, uti supra diximus, exemplisque confirmat. Hinc verbis illis, *Hostiment homines, &c.* metum & dolorem improborum auget, qui metuant doleantque

im.

improbos ab honestissimis viris accusari. Amplificatio sequitur ex efficiente causa metus & doloris, id est, ex opinione quam habebant de administratione iudiciorum per eos futura, quos ipsi minimè administratores vellent: vbi aliam amplificationem cernere licet ex contentione vel dissimiliū vel repugnantium, qua honestissimis atque fortissimis viris, imperiti adolescentuli, & quadruplatores opponuntur. Deinde redit ad rem ipsam exemplis aliis locupletando comprobendam, cum ait, *Cuius consuetudinis, &c.* Deinde post assumptionem, vt supra dictum est, illis verbis implicatam, & comparatione minorum exornatam, *Quid sibi iste vult, &c.* Propositionem personæ suæ accommodando repetit: eamque mox præclaro ex effectis argumento confirmat, ibi, *Et profecto aut hoc remedium est, &c.* Salus enim ruentis reipub. & corruptorum iudiciorum incolumitas ac restitutio, ex accusatione improborum per homines honestissimos, & miserorum defensione pendet. Idque confirmatur ex euentis per cōparationem parium tractatis: quod æquè metuāt honestissimi homines laudē, honorem, & famam, dum accusant, atque ij qui accusantur vitam & opes in discrimen vocari. Deinde ex effectis i'lius metus & opinionis

nionis.  
fando c  
maxim

Con  
mine p  
bis cap  
dices, de  
& lenit  
Prior p  
arripitu  
ex ante  
triusqu  
nim M  
Sēper  
que  
crim  
trat  
Cacili  
tur,  
Cacili  
non  
acc  
tion  
ad a

tionis. Nam inde fit vt summam in accusando diligentiam adhibeant laborémque maximum suscipiant.

### PERORATIO.

Conclusio totius orationis, quæ vno nomine peroratio dici consuevit, ab illis verbis capit initium, *Quamobrem hoc statuere, iudices, debetis, &c.* duabus constans partibus, & leniter satis tractans animos auditorum. Prior pars ex iis quæ proximè dicta sunt arripitur: & complexio cum assumptione ex antegressa propositione subtiliter ad vtriusque personam accommodatur. Sic enim M. Tullius argumentatur.

*Sæper ij diligentissimè, laboriosissimèque accusarunt, qui seipsos in discrimen existimationis venire arbitrati sunt.*

*Cacilius nullo in periculo tali versatur, Cicero de multis periclitatur.*

*Cacilius igitur non nimis diligenter non nimis laboriosè causam aget & accusabit: Cicero contra omni ratione dimicabit omnesque nervos ad accusandum contendet.*

Assumè

Assumptioni bipertitæ variæ amplificationes adhibentur, ex quibus vel indignatio quædam in Cæcilium, qui nihil habeat quod amittat in tanto discrimine: vel commiseratio in Ciceronem, propter periculum multas res præclaras amittendi, in animis iudicum nascatur. Quod vel ipse M. Tullius in libro Partitionum in præceptis Perorationis admonuit. Prior ergo illa pars assumptionis illis verbis post complexionem expressa, *habet enim nihil, &c.* & variato dicendi genere per expolitionem repetita, amplificatione declaratur ex enumeratione partium, id est, earum rerum distributione, quibus non amittendis careat, quæ sunt opinio seu bona existimatio, alicuius præclari facinoris in hoc iudicio expectatio, fama ante collecta & comparata, & quicquid in posterum boni à populo Romano sperare possit. Ex quibus tamen omnibus (ut ex assumptione, ad quam directo spectant) tanquam repugnantibus ipsa complexio concluditur. Nam diligentissimè causam agere, & illa quæ dicta sunt omnia repugnant. Quod enim concludit Assumptio, concludit & assumptionis vel ratio, vel amplificatio. Quod idem de propositione & propositionis ratione iudicandum est. Altera deinceps assumptionis pars,  
 quæ

quæ N  
 tur, cū  
 quam  
 illust  
 bono  
 si vel  
 ista ve  
 vocauit  
 eos de  
 cedant  
 ex part  
 tioni i  
 Post  
 initiu  
 gere, &  
 iterio.  
 Non p  
 posse,  
 landum  
 quam  
 munita  
 iuuant  
 oration  
 illius ra  
 comple  
 tur, ita  
 neque  
 Siculo  
 gnificat

quæ M. Tullij personam attingit subiicitur, cum dicitur, *A nobis multos obsides, &c.* quam similiter amplificatione declarat & illustrat ex enumeratione partium, id est, bonorum distributione, quæ sit amissurus, si vel rastillum offenderit. Etenim bona ista vel ornamenta, ornatissime obsides vocavit: qui nimirum sunt interituri, si qui eos dederint, vel à quibus accepti sint, discedant ab officio. Sed complexio ipsa, quæ ex parte Ciceronem attingit, ipsi distributioni inuoluitur.

Posterior Perorationis pars illinc ducit initium, *Quapropter, iudices, vestrum est deligere, &c.* In qua ex illa ratione quæ in posteriori Confirmationis parte tractata est, Non posse accusare Cæcilium, Ciceronem posse, siue idoneum alterum esse ad accusandum, alterum nequaquam: ex hac inquam ratione illis firmissimis rationibus munita, & hinc breuiter causis quatuor adiuantibus denuo confirmata, quæstionem orationis huius præcipuam, quæ principis illius ratiocinationis, orationis summam complectentis, complexione contrinebatur, ita concludit, ut nihil tamen affirmet, neque se anteponendum Cæcilio in hac Siculorum causa dicat, cum tamen id significare velit: sed ex contrario, si fortè id ipsa

ipsi velint, quid euenturum sit, indicat. Amplificationes igitur sunt ex euentis: quarum etiam altera ex adiunctis augetur, id est ex honestate, seueritate, nec non diligentia suæ accusationis, ad metum inuidiæ iudicibus iniciendum: vt hos velut aculeos, quibus ad bene iudicandum stimulentur, in eorum animis infixos relinquat.

### EXORDIUM EIVSDEM ORATIONIS.

Sed quidnam tandem de huius orationis principio dicemus? Nimirum id vnde quoque modo ductum sit, & quo referatur explicandum nobis est. Ac meminisse quidem causæ seu finitæ quæstionis oportet, quàm hac oratione tractari supra diximus, *An Cicero Siculorum causæ actor præponi contra Verrem debeat, non Cæcilius?* Meminisse decet etiam eorum quæ in ipso cursu orationis totius concertata & transacta sunt. Sic nanque occurret statim quod querimus: & ex causæ visceribus intimis, nec non ex causæ partibus vberissimis ductum constabit exordium. Hic enim ferè omnia sumuntur à persona vel oratoris, vel Siculorum, vel aduersariorum Verris nimirum & Cæcilij. Quæ ipsi causæ intima esse per-  
spicuum

spicuum est. Quamuis autem nihil in hoc principio reperas, cuius in aliqua parte vel confirmationis vel confutationis non fiat mentio: negandum tamen non est id ex tertia Confutationis parte petitum fuisse potissimum. Ac primum quidem ante-occupatio, qua usum fuisse Ciceronem in hoc proœmio testatur Fabius lib. 4. cap. 1. & lib. 9. cap. 2. ex assumptione illa, quam in illa parte notauimus pag. 183. *Quid sibi iste vult?* &c. ubi eandem anteoccupationem aliter in aduersariorum persona nõ absque singulari assumptionis ornamento expressit, cernitur ad initium proœmij solerter fuisse traducta. Ex iis autem quæ illis ad propositionem comprobendam & illustrandam afferuntur: quibus orator honestum semper fuisse improbos ac sceleratos pro sociis accusare demonstrat, reliqua ferè, illa etiam quæ de subleuanda repub. ægrotante dicuntur, translata esse constat. Nam quæ alioqui de sceleribus Verris, de petitione Siculorum, de Cæcilio ipso cursum attinguntur: ex aliqua alia vel Confirmationis vel confutationis parte eruntur. Et nominatim quæ de Siculorum voluntate seu petitione paulo vberius hîc percutuntur, ex parte confirmationis vberim, in qua hæc voluntas copiosè disputa-

ta est,artificiose ducitur.

Conferretur autem proœmium hoc totum ferè vel ad benevolentiam colligendam, vel ad misericordiam commouendam. Primum enim honestissimas causas affert: quæ cum impulerunt ad acculandum: quibus commemorandis & exornandis, amabiles suos mores cum mirificè declaret, mirum quantum sibi auditores beneuolos reddat. Deinde suam accusationem non solum cum salute reipublicæ, verum cum senatus etiam dignitate coniungit: atque ita maximas & charitatis & magnitudinis animi significationes dat. Quæ res maximam habet vim ad benevolentiam senatorum, qui tunc iudicabant, conciliandam. Post eam & misericordiam iudicum erga Siculos, & odium in Verrem concitat, tum Siciliae calamitatibus breuiter explicandis, tum graui & atroci criminatione Verris. Quamquam hæc ab aduersariorum persona sumpta, obliquè ad benevolentiam oratori parandam referuntur.

Omnia namque quæ dicuntur in hoc proœmio ad illud vnum exornandum amplificadumq; spectat, quod Cicero probari vult, id est, rectum honestum ac laudabile videri, quod præter consuetudinem ad  
accu-

accusandum descenderit. Prima & prin-  
 ceps amplificatio, ad quam multæ aliæ  
 tanquam famulæ reuocantur, sumpta est  
 ex causis ad accusandum impellentibus:  
 quæ sunt, Ciceronis promissio, petitio  
 Siculorum, officij ratio, fides, id est, pro-  
 missi solutio, misericordia, exemplum bo-  
 norum, consuetudo vetus, maiorum insti-  
 tutum (sed hæc causæ tres proximæ hinc  
 tantum nominatæ, in tertia parte confu-  
 tationis copiosè tractantur) salus denique  
 & utilitas totius reipublicæ. Quæ omnes  
 accusandi causæ, atque adeo singulæ per  
 se cum sint probabiles & honestæ: accusa-  
 tio huiusmodi non potest non esse proba-  
 bilis & honesta, Illis ergo verbis. *Cum quæ-  
 stor in Sicilia fuisset, &c.* Narratio propo-  
 nitur, non vt pars orationis disjuncta à  
 cæteris, sed exordio interposita ad osten-  
 dendum id quod proposuit, id est, ad cau-  
 sas consilij sui recensendas. Id quod etiam  
 notauit Asconius. Prima itaque causa &  
 secunda, hæc præsertim, causis aliis, tan-  
 quam earum effectus, exornantur, quod  
 quæstor in Sicilia fuerit M. Tullius, quod  
 Siculis omnibus magnum sui desiderium  
 reliquerit: quod eorum non modo com-  
 moda, sed vita etiam salusque pro iniuriæ  
 totius, propter calamitates à Verre acce-

ptas (quas breuiter & summam eume-  
 rando commemorat) in discrimen vocen-  
 tur. His igitur de causis opem & auxilium  
 petiuerunt à Cicerone Siculi: qui tamen  
 inuitus illis acquieuerit, quod accusandi  
 munus præter morem sibi suscipiendum  
 videretur. Sic ergo interim causas attingit  
 nonnullas cur id recusare voluisset vel cer-  
 tè potuisset, in quibus & illa numeranda  
 sunt, quæ de Cæcilio dicuntur per quan-  
 dam contentionem. Vbi causæ tanguntur  
 in vtranque partem, quæ post copiosius  
 explicantur. Deinde percurtis aliquot alijs  
 ante notatis causis, vbi dicitur, *Addu-  
 ctus sum officio*, &c. amplificationem al-  
 teram profert, quæ eadem princeps vide-  
 tur, qua idem declaret, accusationem  
 hanc scilicet esse honestam & laudabi-  
 lem, quod calamitosorum defensio ha-  
 beatur honesta: hæc autem accusatio de-  
 fensio sit potius dicenda quam accusatio:  
 idque alia illustrat à coniugatis amplifica-  
 tione: quod multos defendat. Deinde ve-  
 rò hac eadem & illa de petitione Siculo-  
 rum amplificatione repetita, transit ad vl-  
 timam primæ principis amplificationis  
 partem, salutem totius reipublicæ, quæ  
 per se sola princeps amplificatio dici po-  
 test: cum præsertim amplificationibus a-  
 lijs

liis  
 cuse  
 id v  
 po  
 vt r  
 sis h  
 est,  
 iund  
 mer  
 pub  
 cij, e  
 niur  
 ficti  
 me r  
 prod  
 ciat  
 man  
 nege  
 plific  
 rum  
 tem d  
 ex eu  
 rimo  
 requi  
 seuer  
 decla  
 ita tan  
 dam s  
 ctis c

his ornetur hoc loco pluribus. Quod ac-  
 cusetur à me, inquit, homo sceleratissimus,  
 id vero reprehendi non debet, sed laudari  
 potius. Id enim reipub. causa facio, id est,  
 vt reipublicæ profim. Amplificatur ex cau-  
 sis hominis sceleratissimi, & ex effectis, id  
 est, præsentis, quorum magnitudo ex ad-  
 iunctis ostenditur. Amplificatur & ex enu-  
 meratione partium. Distribuit enim rem-  
 pub. in partes, quæ sunt pop. Romanus, so-  
 ciet, exteræ nationes, salus, & fortunæ om-  
 nium, prouinciæ, Iudicia: quibus valde af-  
 flictis & grauitè agrotantibus, & maxi-  
 mè iudicis corruptis, qui subuenit, hunc  
 prodesse plurimum reipub. & qui hoc fa-  
 ciat accusandi improbos, rem honestissi-  
 mam valdeque laudabilem facere nemo  
 neget. Ac primæ quidem partes aliis am-  
 plicationibus ex comparatione mino-  
 rum infinita petitis augentur. Quod au-  
 tem de iudiciorum corruptela dictum est  
 ex euentis etiam illustratur, id est, ex que-  
 rimonia populi, qui accusatores idoneos  
 requirat, & cum his qui accusare possint,  
 seueros iudices. Quod eorum desiderium  
 declarat signis aliquot ex euentis. Atque  
 ita tandem partem hanc, congerit qua-  
 dam signorum aliorum, ex paulo ante di-  
 ctis collectorum, quæ causa sint susce-

pri huius muneris, cum significatione quoque integritatis & innocentiae, quae in idoneo accusatore requiratur, de qua in confirmatione suo loco, concludit. Verba autem illa, *Nunc quoniam*, &c. quibus transit ab exordio ad Confirmationem, vel finis exordij, vel confirmationis initium dici queunt. Quae quidem ad docilitatem, & attentionem valent; ut & illa, quibus in ipso exordij primordio quaestionem hac oratione tractandam satis aperte proposuit.

Atque haec de Divinationis in Verrem tum Inventionem tum dispositionem paulo accuratius eo sum persecutus, quod ex illius artificio sanè praclaro multa eloquentiae candidati ad suum commodum, atque adeo ad artificium generale melius perspicendum, haurire possint.

Ex quibus etiam facile intelligent, quis ornatus accesserit, si modo eius praecepta tenuerint.



FINIS.



Qui  
Ca  
En t  
Rh  
Quid  
Mo  
  
Vifne  
V u  
Hunc  
ro  
Hell  
Et bre  
tra  
V me



AD OPERIS HVIVS  
LECTOREM.

*Qui cupis eloquio plausus captare forenses,  
Captaque haud faciles aure tenere viros.  
En tibi doctorem, methodo qui pandit aperta  
Rhetoricæ motus, Schemata, dicta, tropos.  
Quid mihi opus reliquis Marco ductore? repertū  
Monstrat iter Marcus, sed liber ipsa via est.*

Aliud.

*Visne Pericleis populum frenare lupatis?  
Vis Demosthenicis corda mouere modis?  
Hunc lege: namque docet, quicquid Pithe aurea  
rostris  
Hellados, & Latij suada diserta tonant  
Et brevis & nouus est, sed multa vetustaque  
tradit  
Vnicus, at multos continet ille libros.*



AD OLYMPIUM

LIBER PRIMUS

De Olympiis...  
De Olympiis...  
De Olympiis...  
De Olympiis...  
De Olympiis...

De Olympiis

De Olympiis...  
De Olympiis...  
De Olympiis...

De Olympiis...  
De Olympiis...  
De Olympiis...

De Olympiis...  
De Olympiis...

De Olympiis...  
De Olympiis...  
De Olympiis...

De Olympiis...  
De Olympiis...

De Olympiis...  
De Olympiis...

